

BIBLIOTHEEK GENT
0090270

Ex
Infima Classe Grammaticorum ad
mediam Studium facit
Sortus
Probus ac ingeniosus Adolescens
Josephus Spranger
Fundramundi in Gymnasio M. P.
Augustini die 4. 7bris 1720.

ora pro magistro tuo
Fr. Petro francisco Rapart



Carm: [redacted]

IVSTINI EX TROGI POMPEII EXTERNIS [redacted]

LIBRI XLIIII.

SEX. AVR. VICTORIS Epitome, de vita Cæsarum ab Augusto ad Theodosium.

COMPENDIVM de reliquorum Cæsarum vita & moribus ad Maximilianum secundum, ex probatis auctoribus.

ELIÆ VINETI in VICTORIS Epitomen Notæ & castigationes.

RERVM *Locupletissimus* INDEX.





APVD IACOBVM STOER.

M. D. XCVIII.

DE VTILITATE LEGENDÆ HISTORIÆ SIMON GRYNÆVS LECTORI.

★

SI QVAM certa habet ad vitam documenta historia, tamen ea sit excerpere & vsurpare cuius expeditum, mortalibus omnibus recta proximáque in vberrimos & fructuosissimos historiæ campos sine mora irrumpendum iudicaremus. Quid enim vel iucundius vel vtilius cogitari potest, quàm in humanæ vitæ theatro, quod illa partibus omnibus mirè instructum habet, sedentem periculis aliorum, sine suo periculo, cautum sapientémque fieri: exempla capere omnigena, quæ ad vsum tuum vtiliter qualibet in re traducas: cúmque maximorum hominum de summis rebus maximis consiliis interfueris, id quod cupidissimè homines auemus, eorundem etiam euentibus interesse: & quod per angustiam vitę hominum impossibile sit alioqui, secula tota memoria coniungere maximorũ imperiorũ auspicia, progressus, & finẽ videre: malorum seu pri-

uatorum, seu publicorum causas liquidè cognoscere in omni ardua magnáq; re, qui ante te periclitetur, qui in discrimine te præcedat, habere: nec vsquã experimento certo destitui: ac vt in summa dicam, è retroactis (quod propriè sapientis viri officium est) futura scienter in omnes euentus prospicere, præsentia iudicare? Sed enim cùm tantò instructiores accedere deceat, quantò fructibus vberioribus grauior historia est, & fœcundior: cúmque difficultas sit eadem & de sua, & de aliorum vita rectè iudicandi: nec alienam quisquam quantumuis perspicaces hic simus, intueri rectè possit, qui non potest suam: vtrunque intelligitur, & summam hic difficultatẽ versari & multò antequam huc accedamus, non solum prudentia quadam ciuili tinctos, sed vitæ totius certo proposito firmatos esse oportere: ni fluctuare animis, & misere spectris vitæ inanibus circunduci perpetuò velimus. Quemadmodum enim in amplissimo maximéque multiplici, & omnigenis cupediis referto conuiuio fit, vt quamquam aliis, paucis eadem, sua cuique voracibus omnia probẽtur, ac prout quisque palato est, sic præsenti lautitia affi-

citur: tamen & modus sit aliquis, quem posuit natura, & alimēti genus certum, simpléxque & incorruptū maximè, maximè corporibus idoneum: à quorum alterutro quisquis discedit: & vltra vel modum, vel iudicium naturæ sibi indulget, incommodi plus ex istis voluptatibus, quàm voluptatis reportet. Sic in illa totius vitæ humanæ diuersitate, quanquã mille species, mille proposita sunt, ac qualiter est animo quisque & iudicio comparatus sic de vita vel sua vel aliena sentiat: tamē vnica virtutis veræ callis est, quam qui scienter tenet, rectè vita solus vtitur: cæteri, quemadmodum illi in cœna dubia, cùm omnia inuitēt, quid potissimùm sequantur, quò tendant, nec in sua ipsius, nec in aliena inuenire vita possunt vnquam. At si quicquam est natura datum homini, quo cùm rectè vti contráue liceat, hac vti circumspectissimè decebat. Quotus autem quisq; est, obsecro, qui in omnia dicta, facta vel sua, vel aliena, regula virtutis adhibita cautiùs quàm in cibos positos animaduertat, quique se in isto quidem negotio non satis putet doctum? Qua quidem in re mirum est, quàm se fallant homines, dum historiam putant esse quæ do-

ceat legentem:cum ea materiam dicendi tantùm suppeditans, sic, quemadmodum conuiuium illud, talem vnicuique præbeat vsum, qualiter ipsius est animo affectus. Alios igitur suauitate lectionis abduci videmus, & voluptatem secutos, fructus illos pulcherrimos amittere. Iis ex omni historia non amplius quæritur quàm quod ad citharæ cantum otia fallentibus, scilicet molestiam temporis discutiunt, maiori cum molestia mox conflictaturi. Nulla enim voluptas est, quę non respicit virtutem. Alios illa fulgens glorię species tantum solicitat, ac (quæ cæteris in rebus animi flexibilitas est) in omnem eminentem & excelsam imaginem frustra transformat, oblitos, non aliò gloriosa exempla scriptoribus posita, quàm vt virtutem secuti, gloriam ipsi quoque (si nulla offeratur) contemnere: sin comes addatur, non insolentibus animis perferre queamus. Ac cùm ad similem gloriam aspirare, sine simili virtute, nemo nisi stultus instituat: plerósque tamē videmus, tantùm quia præclaras res legerunt, arduū quiddam sapere, multū sibi arrogare, tragœdis istis similes, qui personarum quas amplissimas præferebant, etiam posito habitu

mores imitantur. Sunt etiam, atque hi non pauci, quos noua miráq. sola oblectant, plebeiis animis homines, qui imperatorum more persæpe pluris purpuram quàm virũ, emblemata quàm opus ipsum faciunt. Adeo miram vim in animis legẽtium historia exercet. Iam cùm excitare socordiam humanam, & aduersus pericula communire, vel maximè propositum historiæ sit: & exemplorum (quibus ad suadendum nihil potentius est) vis eò maximè tendat: securitate hominum, nihil ad se aliena pericula pertinere credentium, fit, vt surda iacentéq. aure memorabilissimæ res audiantur leganturque. Denique sunt etiam, qui, quod minimè putes, in illã, ipsam seueri-oris lectionis partem delinquant: quasi non vt gestæ sunt, sed vt geri oportebat res, sic scribi quoque debeat. Igitur ex illa securitate partim, partim crapula lectionis promiscuæ, & temerariæ, fit, velut ex humoribus corruptis, vt quædam indicij κακεξία, & opinionis, quã de vita rectissimam & sanam esse maximè decebat, δυσκρασία, lubricúmque vitæ, propositum contrahantur: ac vt intẽperantibus nihil proficit alimentũ, sic ad nos lectionis vtilitas prorsus veniat nulla. Vi-

Vide Erasmi in Chiliad.

des, arbitror, quonam pacto legendi historiam, & vitam cuique suam inspiciendi ratio sit propemodum par. Ac prima quidem haec difficultas est, iudicij nostri peruersitas inquam quae facit, vt non quae maximam ex sese vim habere exempla docet, sed quae maxime inclinat, propendétque animus, impellamur. Est verò & illa non minor, quod res gestas sic scriptores apponũt, vt non solum gratiam aliquam captant, sed palatum ipsi quoque suum secuti, ac veluti structores quidam, iudicium suum interponentes, vltro quaedã laudibus tollant, ac quicquid videtur ipsis, nobis quoque sectandum putent. Quod quidem si facerent simpliciter, consentire, dissentiréve facilius sit. Nunc quemadmodum coqui gulã saepius, quàm commodum heri spectant, ita lectorẽ etiam historicus, vtinam non magna ex parte captaret. Igitur bifariam iam, & nostro iudicio, & praeiudicio scriptorum, persaepe circunducimur, vt qui non nudas res scribant: interpres enim gestarum rerum historicus est, cuius iudiciũ si vitio laborat, perinde fit, vt cum vinum ex sese generosum & nobile, grauecolẽtiam vel è vase contrahit, vel alioqui lenoci-

nio deprauatur: quæ res vel impostura, vel inscitia maxima est, & intoleranda, Videre vno tantùm exemplo licet, quid intersit iudicium scriptoris. Prophanus consilio & industriæ hominum magnarum rerum euenta tribuens, quanquam mentiri se tot euẽtibus expertus, in miram stultitiam cõiicit homines: vt quorum omnis notitia vix oculis subiectarum rerum considerationi sufficiens, vis autẽ & robur non longè vermiculos supergrediens: ab vno leuíque successu terrarũ orbis administrationẽ arroget sibi. Sed initiatus ille secus: humano consilio geri res quidem: sed diuino moderari docens, & stultitia liberat homines & superstitione, malo non minore. Per cætera quid inter se generibus officiorum distent, debent esse bonis quidem (quorum sacra omnia studia sunt) non ignotum. Hæc primum eò moneo, vt cùm censeam id genus autores, vel propter immensam exemplorum innumerabilium vim, quàm maximè legendos, etiam hoc iuuenes cogitẽt, quàm velint circumspectè soliciteq; legi, propositis tantis vel fructibus, vel periculis. Perinde enim euenit, si quis vel historiã obiter adeundam, vel vitam ipsam temerè,

& citra exactam officiorum omnium conseruationem transigendam ducat: quòd rusticis qui cùm vicinæ vrbis populatione, pharmacopolium quoddam instructissimum diriperent, & suauitate bellariorum aromatúmque, in quæ primum inciderant illecti, cæteráque generis eiusdem rati, omnia haurirent, sorberent, vorarent, glutirent, alij correpti morbo, alij phrenesi, pleriq; exanimati sint, nemo non miris modis affectus, risus exercitu toto obrutus. Æquè enim commodis, incommodis, vt vita, sic vitæ imago historia scatet: in vsu tantum vitæ, sita vitæ prudentia totius est. Vale, & his bene fruere.

*

IVSTI

IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIVM.

*

Ad Antonium Imperatorem.



VVM *multi ex Romanis, etiā Cōsularis dignitatis viri res Romanas Græco, peregrinóq; sermone in historiā contulissent, seu æmulatione gloriæ, seu varietate & nouitate operis delectatus, vir priscæ eloquentiæ Trogus Pōpeius, Græcas, & totius orbis historias Latino sermone cōposuit: vt cùm nostra Græcè, Græca quoq; nostra lingua legi possēt, prorsus rē magnā & animi, & corporis aggressus. Nā cùm plerisq; autorib⁹, singulorū rerū vel populorū res gestas scribentibus, opus suū ardui laboris videatur, nónne Pompeius nobis Herculea audacia orbē terrarum aggressus videri debet, cuius libris omnium seculorum, regum, nationum, populorúmque res gestæ continētur? Et quæ historici Græcorum, prout commodum cuique fuit,*

Narratio & occasio operis.

A rei difficultate. Argumentum à minore ad maius.

*inter se *gregatim occupauerunt, omissisq; sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & serie rerum congesta, composuit. horum igitur quatuor & quadraginta voluminũ (nam totidem edidit) per otium, quæ in vrbe versabantur, cognitione quæque digna excerpsi. Sed omissis his, quæ cognoscendi voluptate iucunda, nec exemplo erant necessaria, breue veluti corpusculum florum feci: vt haberent & qui Græca didicissent, quo admonerentur: & qui non didicissent, quo instruerentur. Quod ad te, Imperator Antonine, non tam cognoscendi, quam emendandi causa transmisi: simul vt otij mei, cuius & Cato reddendam rationem putat apud te ratio constaret. Sufficit enim mihi in tempore iudicium tuum, apud posteros, cùm obtrectationis inuidia decesserit, industriæ testimonium habituro.*

*

*certatim.

Consilium instituti operis.

Historiæ vis & vtilitas.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI IN TROGI POMPEII HISTORIAS, LIBER PRIMVS.

*



RINCIPIO *rerum, gentium, nationúmq; imperium penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur: arbitria principũ, pro legibus erant. Fines imperij tueri magis, quã proferre, mos erat. Intra suã cuiq; patriã regna finiebãtur. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum veterẽ, & quasi auitum gentiũ morem noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendum populos ad Lybiæ terminos vsque perdomuit. Fuere quidẽ temporibus antiquiores, Vexores rex Aegypti, & Scythiæ rex Tanais: quorum alter in Pontum, alter vsque Aegyptum excessit. Sed lõginqua, non finitima bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærebant: contentique*

Regum prima imperia.

Prima monarchia Assyriorum.

Gesta Nini. victoria, imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quaesitae dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis, cum accessione virium fortior ad alios transiret, & proxima quaeque victoria instrumentum sequentis esset, totius Orientis populos subegit.

Zoroastres magicae artis inuentor. Postremum illi bellum cum Zoroastre, rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principia, syderúmque motus diligentissimè spectasse. Hoc occiso, & ipse decessit, relicto impubere adhuc filio Nino, ex vxore Semiramide. Haec nec immaturo puero ausa tradere imperium, nec ipsa imperium palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro, nedum foeminae parituris, simulat se pro vxore Nini, filium: pro foemina, puerum.

Semiramidis astus. Nam & statura vtrique mediocris, & vox pariter gracilis, & signa forma, lineamentorum aequalitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis, tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu & populum vestiri iubet: quem morem vestis exinde gens vniuersa tenet. Sic primis initiis sexum mentita, puer credita est. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine; vbi inuidiam superatam putat, quae sit fatetur, quémue simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit, quòd mulier non foeminas

Exinde, pro in húc vsque diē. Semiramis muliebris ..ndi.. ..ū.

modò virtute: sed etiam viros anteiret. Hæc Babyloniam condidit, mirúmque urbis coctilo latere circundedit arena, piceque bitumine interstrato: quæ materia in illis locis passim è terra exæstuat. Multa alia præclara huius reginæ fuere. Siquidem non contenta acquisitos à viro regni terminos tueri, Æthiopiam quoque regno suo adiecit. Sed & Indiæ bellum intulit: quò præter illam & Alexandrum Magnum nemo intrauit. * Ad postremum cùm concubitum filij petiisset, ab eodem interfecta est duos & XL. annos post Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus elaborato à parentibus imperio, belli studia deposuit, & veluti sexum cum matre mutasset, rarò à viris visus, in fœminarum turba cõsenuit. Posteri quoque eius exempla secuti, responsa gentibus per internuntios dabãt. Imperium Assyrij, qui postea Syrij dicti sunt, annos M.CCC. tenuere. Postremus apud eos regnauit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissũ fuerat) præfectus ipsius, Medis præpositus, nomine * Arbactus, cùm admitti magna ambitione ægrè obtinuisset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitia corporis, & oculorum lascivia omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines patientem. Quibus visis, indignatus tali fœminæ tantum virorum subiectum-

Eiusdẽ gesta.

Lacum Asphaltitem intelligit de quo Plinius lib. 7.

* At Semiramis XLII. annos regno potita.

Assyrij regnauerunt annos M.CCC.

Sardanapalos.

*Arbaces.

Mollis & effeminati principis exemplũ.

ctum, tractantiq; lanam, ferrum & arma portātes parere, progressus, ad socios suos, quid viderit, refert. Negat se ei parere posse, qui se fœminam malit esse quàm virum. Fit igitur coniuratio, bellum Sardanapalo infertur: quo ille audito non vt vir regnū defensurus, sed vt metu mortis mulieres solent, primò latebras circūspicit, mox deinde cum paucis & incompositis, in bellū progreditur. Victus, in regiam se recipit, & extructa pyra, se & diuitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum. Post hunc statuitur rex interfector eius * Arbactus, qui præfectus Medorum fuerat. Is imperiū ab Assyriis ad Medos transfert. Post multos deinde reges per ordinem successionis, regnū ad Astyagen descendit. Hic per somnium vidit ex naturalibus filiæ, quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Asia obumbrabatur. Consulti harioli, ex eadem filia nepotem ei futurum, cuius magnitudo prænuntiatur, regnique ei amissionem portendi, responderunt. Hoc responso perterritus, neque claro viro, neque ciui dedit filiam, ne paterna maternaque nobilitas nepotis animos extolleret: sed de gente obscura tunc temporis Persarum, Cambysi mediocri viro, in matrimonium tradidit. At ne sic quidem somnij metu deposito, grauidam ad se filiam accersit, vt sub aui potissimum conspectu partus necaretur. Natus infans datur oc-

Similis est de Boge historia apud Hero. li. 7.

Sardanapali mors virilis.

* Arbaces

Nandane ea dicta fuit autor Val. Max. lib. 1. c. 7.

Astyagis somnium de quo Herod. li. 1.

cidendus Harpago, regis omnium consiliorum Particeps. Is veritus, si ad filiam mortuo rege venisset imperium, eo quod nullum Astyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultionem, quam à patre nõ potuisset, à ministro exigeret, pastori regij pecoris puerum exponendum tradidit. Forte eodem tempore & ipsi pastori filius natus erat. Eius igitur uxor audita regij infantis expositione, summis precibus rogat, sibi afferri, ostendique puerum: cuius precibus fatigatus pastor, reversus in syluam, invenit iuxta infantem canem fœminam, paruulo ubera prabentem, & à feris & alitibus defendentem. Motus etiam ipse misericordia, qua motam ipsam canem viderat, puerum defert ad stabulum eadẽ cane anxiè prosequente: quẽ ut in manum mulier accepit, veluti ad notã puer allusit: tantúsq. in illo vigor, & dulcis quidã blandientis ris⁹ apparuit, ut pastorẽ uxor ultro rogaret, quo suum partũ pro illo exponeret, permitteretque sibi, siue fortuna ipsius siue spei suæ puerum nutrire. Atq ita permutata sortè paruulorum, hic pro filio pastoris educatur, ille pro nepote regis exponitur. Nutrici Spacon postea nomẽ fuit, quia canem Persæ sic vocant. Puer deinde cum inter pastores esse. Cyri nomẽ accepit. Mox rex inter ludentes forte delectus, cùm per lasciuiam contumaces flagellis cedisset. à parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus

Cyrus infans morti destinatus clam nutritur.

Pastori nomen fuit Mitradates. Hero.

A cane educatus.

Pastoris infantem mortuum fuisse natũ scribit Hero. Cyrus puerorum rex eligitur.

à seruo regio ingenuos homines seruilibus verberibus affectos. Ille accersito puero & interrogato, cùm nihil mutato vultu, fecisse se ut regem, respondisset: admiratus constantiam, in memoriam somnij responsiq. reuocatur. Atque ita cùm & vultus & similitudo, & expositionis tempus, & pastoris confeßio conuenirent, nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores regno, animum minacē duntaxat in illo fregit. Cæterum Harpago amico suo infestus, in ultionē seruati nepotis, filium eius interfecit, epulandúq. patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens tēpus dißimulato dolore, odiū regis in vindicta occasionem distulit. Interiecto* demū tempore cùm adoleuisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus: scribit ei, vt relegatus in Persas ab auo fuerit, vt occidi eum paruulum auus iußerit, vt beneficio suo seruatus sit, vt regem offenderit, vt filium amiserit. Hortatur exercitum paret, & pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorū transitionem pollicitus: epistoláque, quia palàm ferri nequibat, regis custodibus omnem aditum obsidentibus, exenterato lepori inseritur. Lepusque in Persas Cyro ferendus, fido seruo traditur: additæ sunt retia, vt sub specie venationis dolus lateret. Lectis ille epistolis, eandem viam somnio aggreßi iußus est: sed præmonitus, vt quam primum postera die obuium*

* minationc Astyagis scelus nc fandissimum.

* deinde

prudens in occulandis literis consilium, quale infrà Demarati & apud Herod.

habe-ret.

haberet, socium cœptis assumeret. Igitur antelucano tempore rursus iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam Medi nomine Sybarem. Huius requisita origine, ut in Persis genitum audiuit, demptis compedibus, assumptóque comite, Persepolim urbē regreditur. Ibi conuocato populo, iubet omnes prastò cum securibus esse, & syluam viæ circundatam excidere. Quod cùm strennè effecissent, eosdem postera die apparatis epulis inuitat; deinde cùm alacriores ipso conuiuio factos videret, rogat, ut si conditio proponatur, utrius vitæ sortem legant, hesterni laboris, an præsentium epularum, præsentium, ut aclamauere omnes, ait: Hesterno similem labori omnem vitā acturos, quoad Medis pareant: se secutos, hodiernis epulis. Lætis omnibus, Medis bellum infert. Astyages meriti in Harpago oblitus, summam belli eidem cōmisit: qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit, regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyages audiuit, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur: & repetito alacrius certamine, pugnantibus suis, partem exercitus à tergo ponit, & in tergiuersantes ferro agi, ut in hostes, iubet: ac denuntiat suis, ni vicerint, non minus fortes etiā post terga inuenturos, quàm à frontibus viros: proinde videant fugientibus hac, an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post

Hæc fuit olim metropolis Persiæ.

Callidum Cyri consilium.

Eiusdem bellum aduersus Medos.

Necessitas ingens telum.

necessitatem pugnãdi animus exercitui eius accessit. Pulsa itaque cùm Persarum acies paulatim cederet, matres & uxores eorum obuiã occurrunt: orant in prælium reuertantur: cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt: rogantes num in vteros matrũ vel uxorum velint refugere? Hac repressi castigatione, in prælium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. In eo prælio Astyages capitur: cui Cyrus nihil aliud, nisi regnũ abstulit, nepotémq; in illo magis quàm victorẽ se gessit, eúmque maximè genti Hyrcanorum præposuit. Nã ipse reuerti in Medos noluit. Hic finis Medorum imperij fuit. Regnauerunt annis CCCL. *In initio regni, Cyrus Cybarẽ quẽ iuxta nocturnum visum ergastulo liberauerat, comitemq; cœptorũ in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit: sororémq; suam ei in matrimonio dedit. Sed ciuitates Medorum, quæ tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionẽ suam mutatam arbitrantes, à Cyro defecerunt: quæ res multorum bellorũ Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plerisq;, cùm aduersus Babylonios bellum gereret, Babyloniis rex Lydorum Crœsus, cuius opes & diuitiæ insignes ea tempestate erant, in auxilium venit: victúsque iam de se soli itus, in regnum refugit. Cyrus quoque post victoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna*

Persarum mulierum virilis animus, & egregiũ facinus.

Clementiæ & moderatæ victoriæ exemplum.

Crœsus, oraculis persuasus vltro Cyro bellum intulit autor Hero.

prioris prælij perculsum iam Crœsi exercitum, nullo negotio fundit. Crœsus ipse capitur. Sed quantò bellum minoris periculi, tantò & mitior victoria fuit. Crœso & vita, & patrimonij partes, & urbs Barce concessa sunt: in qua etsi non regiam vitam, tamen & proximam maiestati regiæ degeret. Hæc clementia non minus victori, quam victo utilis fuit. Quippe ex universa Græcia, cognito quòd illatum Crœso bellũ esset, auxilia, velut ad cõmune extinguendũ incendiũ confluebant. Tantus Crœsi amor apud omnes urbes erat ut passurus Cyrus graue bellum Græciæ fuerit, si quid in Crœsum crudelius consuluisset. Interiecto deinde tempore, occupato in aliis bellis Cyro, rebellauere Lydi: quibus iterum victis, arma & equi adempti, iussique cauponas & ludicras artes & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens, & manu strenua, effœminata mollitie, luxuriamque, virtutẽ pristinam perdidit: & quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos, otiũ ac desidia superauit. Fuêre Lydis multi ante Crœsum reges variis casibus memorabiles: nullus tamẽ fortuna Candauli comparandus: qui cùm uxorem suã, quàm propter pulchritudinem nimiam diligebat, omnibus prædicaret, non contẽtus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonij reticenda publicaret, prorsus quasi silentium damnũ pulchritudinis esset: ad

Alterũ clemẽtiæ exẽplum in Cyro.

Arma adẽpta Lydis Ea res nimirum in prouerbiũ abiit Lydus cauponatur.

Reticenda multa in matrimonio.

Prouerbiũ, Gygi annulus.

postremùm vt affirmationi suæ fidem faceret, eam Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo facto & amicum in adulteriũ vxoris illectum, hostem sibi fecit, & vxorem, veluti traditã alij amore à se alienauit. Nam breui post tẽpore cædes Candaulis nuptiarum præmiũ fuit. Vxor mariti sanguine dotata, regnum viri, & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia, & vniuerso Oriente in potestatẽ redacto, Scythis bellum intulit. Erat autem eo tempore Scytharum regina Thomyris, quæ non muliebriter aduentu hostium territa, cùm prohibere eos posset, vadũ Araxis fluminis transire permisit, & sibi feliciorem pugnam intra regni sui terminos rata, & hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaqꝫ Cyrus transiectis copiis, cùm aliquãtisper in Scythiam processisset, castrametatus est: Deinde postera die, cùm simulato metu, & quasi refugiens castra deseruisset, vinum affatim, & ea quæ erant epulis necessaria, reliquit. Quod cùm nuntiatum reginæ esset, adolescentulum filium, ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cùm ventum ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescens, veluti ad epulas, non ad prælium venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros vino onerare se patitur: priúsque Scythæ ebrietate, quam bello vincuntur. Nam cognitis his, Cyrus reuersus per noctẽ, securos opprimit, Omnésq; Scythas cum

Aliquantisper. pro aliquantulum.

De Cyri castris non nihil variat à Iustino Curtio. 3.

regina filio interficit. Amisso tanto exercitu, & quod grauius dolẽdum, vnico filio, Thomyris orbitatis dolorem non in lacrymas effundit, sed in vltionis solatia intendit, hostésque recenti victoria exultantes, pari insidiarum fraude circũdedit. Quippe simulata dissidentia, propter vulnus acceptum refugiens, Cyrum adúsque angustias perduxit: Ibi composito in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidauit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quòd neque nuntius tantæ cladis quidem superfuit. Caput Cyri amputatũ in vtrem humano sanguine repletum, coniici regina iubet, cũ hac exprobratione crudelitatis: SATIA TE SANGVINE, inquit, QVAM SITISTI, CVIVSQVE INSATIABILIS SEMPER FVISTI. Cyrus regnauit annis XXX. non initio tantùm regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris Aegyptũ adiecit: sed offensus superstitionibus Aegyptiorũ, Apis, cæterorúmque deorum ædes dirui iubet. Ad Ammonis quoque nobilissimum templum expugnãdum, exercitum mittit: qui tempestatibus & arenarum molibus oppressus, interiit. Post hæc per quietẽ vidit fratrẽ suũ* Mergidem regnaturum: quo somnio exterritus, non dubitauit post sacrilegia etiam parricidium facere. Erat enim difficile vt parceret suis, qui

Cyri in Massagetis exitus.

Scythica crudelitas

Aegyptij superstitiosi.

* Smerdim

contemptu religionis grassatus etiam cõtra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministeriũ Magum

* Praxaspē quendam ex amicis delegit, nomine * Comarim. Interim ipse gladio sua sponte euaginato, in femore grauiter vulneratus occubuit: pœnásq. luit seu imperati parricidij, seu sacrilegij perpetrati. Quo nuntio accepto, Magus ante famam amissi regis occupat facinus: prostratóq. * Mergide,

*Smerde

*Smerdim

cui regnum debebatur, fratrem suum subiecit * Oropasten. Erat enim oris & corporis lineamẽtis persimilis: ac nomine subesse dolum arbitrante, pro * Mergide rex * Oropastes constituitur.

* Smerde

*Smerdis

Quæ res eò occultior fuit, quòd apud Persas persona regis sub specie maiestatis occulitur. Igitur Magi ad fauorem populi conciliandum, tributa & militiæ vacationem in triennium remittunt: ut regnum quod fraude quæsierant, indulgentia & largitionibus confirmarent. Quæ rès

*Orani.

suspecta primò * Othani viro nobili, & in coniectura sagacissimo fuit. Itaque per internuntios quærit à filia, quæ inter regias pellice erat, an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsam ait, nec ex alia posse cognoscere: quia singulæ separatim recluduntur. Tum pertrectare dormiẽti caput iubet: nam Mago Cambyses aures vtrasque præciderat. Factus deinde per filiam certior, sine auribus esse regem, optimatibus Persarum rem indicat: & in cædem falsi regis impulsos sacramento religionis obst. in-

git. Septem tantùm conso. ij fuere huius coniurationis, qui ex continenti, ne dato in pœnitentiæ spatio, res per quenquam narraretur, occultato sub veste ferro, ad regiā pergūt. Ibi obuiis interfectis, ad Magos perueniūt quibus ne ipsis quidem animus in auxilium suum defuit. Siquidem stricto ferro deos de coniuratis interficiunt. Ipsi tamen corripiuntur à pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus Magum, cūctantibus socijs, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur: vel per suū corpus adigi Mago ferrum iussit: fortuna tamē ita regēte, illo incolumi Magus interficitur. Occisis Magis: magna quidē gloria recuperati regni principium fuit: sed multò maior in eo, quòd cum de regno ambigerent, concordare potuerunt. Erant enim & virtute & nobilitate ita pares, vt difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipsi igitur viam inuenerunt, qua de se iudicium religioni & fortunæ cōmitterent. Pacti inter se sunt, die statuta omnes equos ante regiam primo manè perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset. Nam & Solem vnum deū Persæ esse credunt: & equos eidem deo sacratos ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hydaspis filius, cui de regno solicito, equi custos ait, Si ea res victoriam moraretur, nil negotij superesse: proinde nocte equum pridie ante constitu-

*tam diem ad eundem locum ducit, ibique equa equum admittit, ratus ex voluptate Veneris futurum quod euenit. Postera die cum ad statuam horā omnes venissent, Darij equus cognito loco ex desiderio fœminæ hinnitum statim edidit: & segnibus aliis felix auspicium domino primus emisit. Tanta moderatio cæteris fuit, vt audito auspicio, cōfestim equis desilierint, & Darium regem salutarint: populus quoque vniuersus, secutus iudicium principum, eundem constituit regem. Sic regnū Persarum septem nobilissimorum virtute quæsitum tam leui momēto in vnum collatum est. Incredibile prorsus hoc tāta pietate gessisse eos: quod vt eriperent à Magis, mori non recusarint: quanquam præter formam, virtutémque hoc imperio dignam * & cognatio Dario iuncta cū pristinis regibus fuit. Principio igitur regni, Cyri regis filiā, regalib⁹ nuptiis regnum firmaturus, in matrimonium recepit: vt non tam in extraneum translatum, quàm in familiā Cyri reuersum videretur. Interiecto deinde tempore, cùm Assyrij desciuissent, & Babyloniam occupassent, difficilisq; vrbis expugnatio esset, æstuāte rege, vnus de interfectoribus Magorum, Zopyrus nomine, domi se verberibus lacerari toto corpore iubet: nasum, & labia, & aures sibi præcidi: atque ita regi inopinanti se offert. Attonitum, & querentem Darium caussas, autorémque tam fœdæ lacerationis, tacitus*

*Forte legendū est, Et cognatione Darius iunctus cum.

quo proposito fecerit, edocet, * formatóq; in futurum consilio, transfuga titulo Babyloniã proficiscitur: ibi ostendit populo laniatũ corpus. Queritur crudelitatē regis, à quo in regni * portione, non virtute, sed auspicio: non iudicio hominum, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet illos ex amicis exemplum capere, quid hostibus cavendũ sit. Hortatur ne mœnibus magis, quàm armis cõfidant patianturq; se cõmune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas viri, pariter & virtus omnibus erat: nec de fide timebãt, cuius veluti pignora, vulnera corporis, & iniuriæ notas habebãt. Cõstituitur ergo dux omniũ suffragio, & accepta parua manu, semel atque iterũ cedentibus consultò Persis, secunda prælia fecit. Ad postremum vniuersum sibi creditum exercitum regi prodidit, vrbemq; ipsam in potestatem eius redegit. Post hæc Darius rex bellũ Scythis infert, quod sequenti volumine referetur.

* firmatóque.

* petitione: vel, sortitione.

IVSTINI LIBER II.



IN relatione rerum à Scythis gestarum, quæ satis ampla magnificaque fuerunt, principium ab origine repetendum est. Nõ enim minus illustria initia, quã imperiũ habuere: nec virorũ impe

imperio magis, quàm feminarũ virtutibus claruere. Quippe cũ ipsi Parthos, Bactrianosq; feminæ autẽ eorum Amazonum regna cõdiderint, prorsus vt res gestas virorum mulierúmq; cõsideratibus, incertum sit, vter apud eos sexus illustrior fuerit. Scytharum gens antiquissima semper habita, quanquã inter Scythas & Aegyptios diu cõtentio de generis vetustate fuerit: Aegyptiis prædicantibus, initio rerum cùm aliæ terræ nimio feruore solis arderent, aliæ rigerent frigoris immanitate, ita vt non modò generare homines, sed ne aduenas quidẽ recipere ac tueri possent, priusquam aduersus calorẽ vel frigus velamenta corporis inuenirentur, vel locorũ vitiis quæsitis arte remediis mollirentur, Aegyptum ita temperatam semper fuisse, vt neq; hyberna frigora, nec æstiui solis ardores incolas eius premerent: Solum ita fœcundum, vt alimentorum nulla terra feracior sit in vsus hominũ. Iure igitur ibi primũ homines natos videri debere, vbi educari facillimè possent. Cõtrà, Scythæ cœli tẽperamentum nullum esse vetustatis argumẽtum putabant. Quippe naturam cùm primum incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit, statim ad locorum patientiã, animalia quoque generasse: sed & arborum atque frugum pro regionum cõditione, aptè genera variata. Et quãtò Scythis sit cœlum asperius quàm Aegyptiis, tantò & corpora & ingenia esse duriora. Cæ-

Herodotus eam cõtentionem de vetustate originis, fuisse scribit inter Aegyptios & Phrygas.

utrum si mundi, quæ nunc partes sunt aliquando vnitas fuit: siue illuuies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis, qui & mundum genuit, cuncta possedit: vtriusque primordij Scythas origine præstare. Nã si ignis prima possessio rerũ fuit, qui paulatim extinctus, sedẽ terris dedit, nullam prius quàm Septẽtrionalem partem, hyemis frigore ab igne secretam, adeò vt nunc quoque nullum magis rigeat frigoribus. Aegyptũ verò, & totum Orientem tardissimè temperatum, quippe etiam nunc torrenti calore Solis exæstuat. Quòd si omnes quondam terræ summersæ profundo fuerunt, profectò editissimam quanque partem decurrentibus aquis prius detectam, humilimo autem solo eandem aquam diutissimè immoratam: Et quantò prior quæque pars terrarũ siccata sit, tantò prius animalia generare cepisse. Porrò Scythiam adeò editiorem omnibus terris esse, vt cũcta flumina ibi nata in Mæotida, tum deinde in Põticum, & in Aegyptium mare decurrant. Aegyptum autem (quæ tot regum, tot seculorum cura impensáq; munita sit, & aduersus vim decurrentium aquarum tantis instructa molibus, tot fossis concisa, vt cum his arceantur, illis recipiantur, aquæ, nihilominus coli, nisi* expulso Nilo, non potuerit) nec posse videri hominũ vetustate vltima, quæ siue exaggerationibus regum siue Nili trahentis limum, terrarum recentissima videatur.*

*mare Mæoticũ.

*excluso

*tur. His igitur argumentis superatis Aegyptii, antiquiores semper Scythæ visi. Scythia in Orientem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Rhiphæis, à tergo Asia & * Phasi flumine: multum in longitudinē & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercēt, nec domus illis vlla, aut tectū, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehūt: quibus coriis imbrium hyemisque caussa tectis pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto, munimentéque pecora & armenta habentibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernātur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis vsus ac vestium ignotus: & quāquam continuis frigoribus vrātur, pellibus tamē ferinis aut murinis vestiuntur. Hæc continentia illis morū quoque iustitiam dedit nihil alienum concupiscentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis moderatio, & abstinentia alieni foret. Profecto non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum & arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet. Prorsus vt admirabile videatur,*

* Tanai

Nomades dicti à Geographis.

Digressio per amplificationē.

tur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa sapientum doctrina, præceptisq. philosophorum consequi nequeunt, cultósq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tãtò plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quantò in his cognitio virtutis. Imperium Asiæ ter quæsiuere Scythæ, ipsi perpetuò ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mansere. Darium regem Persarum, turpi à Scythia summouere fuga: Cyrum cum omni exercitu trucidarunt: Alexandri Magni ducem * Zopyronam pari ratione cum copiis vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere nõ sensere arma. Mox Parthicum & Bactrianum imperium ipsi condiderunt. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ, nihil parare, quod amittere timeant, nihil victores præter gloriam cõcupiscunt. Primus Scythis bellum intulit. Vxores rex Ægyptius, missis prius legatis, qui hostibus parendi legem dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis à finitimis, certiores facti, legatis respondent: Mirantur tam opulẽti populi ducem stolidè aduersus inopes occupasse bellum, quod magis domi fuerit illi timendum, quod belli certamen anceps, præmia victoriæ nulla, damna manifesta sint. Igitur non expectaturos Scythas vt ad se veniatur, cum tanto sibi in hoste plura concupiscenda sint; vltróque prodituros obuiam. Nec dictum res morata: quos cum tanta celeritate

* Zopyrona

Hoc erat aureo hamo piscari. vt Augustus Cæsar dicere consueuerat.

ritate venire rex dedicasset, in fugam vertitur, & exercitum cum omni apparatu belli relicto, in regnum trepidus se recepit. Scythas ab Aegypto paludes prohibuere. Exinde reuersi Asiam perdomitam, vectigalem fecerunt, modico tributo magis in titulum imperij, quàm in victoriæ præmium imposito, quindecim annis pacandæ Asiæ morati, vxorum flagitatione reuocantur, per legatos denuntiantiū, ni redeant, sobolem se se finitimis quæsituras, nec passuras vt in posteritatem Scytharum genus per fœminas intercidat. His igitur Asia per mille quingētos annos vectigalis fuit. Pendendi tributi finem. Ninus rex Assyriorū imposuit. Sed apud Scythas medio tēpore duo regij iuuenes, Plinos & Scholopythus, per factionē optimatum domo pulsi, ingentem iuuentutē secum traxere, & in Cappadociæ ora, iuxta amnem Thermodoonta, consedere, subiectósque Themiscyreos campos occupauere. Ibi per multos tot annos spoliare finitimos consueti, conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum vxores, cum viderant exilio suo additam orbitatem, arma sumpsere, finésque suos summouētes primò, mox inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisere, seruitutem non matrimonium appellantes, singulare omnium seculorum exemplum. Auxere rempublicam sine viris, iam etiam cum contemptu virorum se tuen-

* Scolopythus.

Meminit Themiscyræ regionis Pli. li. 6. ca. 3. Victi ab amazonibus populi vulgo dicti sunt Gynæcocratumeni. Id quod Pli. lib. 6. indicat.

tuentur. Et ne feliciores aliæ aliis viderentur, viros, qui domi remãserant, interficiunt. Vltionem quoque cæsorum coniugum excidio finitimorum cõsequuntur. Tunc pace armis quæsita, ne gens interiret, concubitum finitimorũ ineũt. Siqui mares nascerentur, interficiebãtur. Virgines in eundem ipsum morem, non otio, neque lanificio sed armis, equis, venationibus exercebant, inustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarũ iactus impediretur, unde Amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuere, Marthesia & Lãpedo, quæ in duas partes agmine diviso, inclytæ iã opibus, vicibus gerebãt bella, solicitè terminos alternis defendentes: & ne successib. deesset autoritas, generatas se Marte prædicabat. Itaque maiore parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Epheso, multisque aliis vrbibus cõditis partem exercitus cum ingenti præda domum remittunt. Reliquæ quæ ad tuendũ Asiæ imperium remanserant, * concursu barbarorum cum* Marthesia regina interficiuntur. In cuius locum filia eius * Otrera regno succedit. Cui præter singularẽ belli industriã, eximia seruata in omnẽ æuũ virginitatis admiratio fuit. Huius virtute tãtum additũ gloriæ & famæ Amazonib. est, vt Herculi rex cui XII. stipendia debebat, quasi impossibile imperauerit, vt arma reginæ Amazonũ sibi afferret. Igi-

vnimammæ inde dictæ Seruius in Verg.

* incursu
* Marpesia
* Orithia habet Orosius.

Rex Euristheus.

tur, eò profectus longis nouē nauibus, comitāte principium Græciæ iuuētute, inopinātes aggreditur. Duæ ex quatuor tunc sorores Amazonum regna tractabant. Antiope & *Otrera, quarum Otrera fortis bellū gerebat. Igitur cū Hercules ad littus. Amazonū applicuisset, infrequēs multitudo cū Antiopa regina nihil hostile metuente, erat. Quare effectum est, vt paucæ repentino tumultu excitatæ, arma sumerent, facilémque victoriā hostibus darēt: Multa itaque cæsæ captæque: In his duæ captæ sunt Antiopæ sorores, Menalippe ab Hercule, Hippolyte à Theseo. Sed Theseus obtēta in præmiū captiua, eandem in matrimoniū assumit: ex ea genuit Hippolytū, Hercules post victoriā, Menalippen captiuam sorori reddidit, & pretium arma reginæ accepit. Atq; ita imperio functus ad regē reuertitur. Sed Otrea vbi comperit bellū sororibus illatū & raptorē esse Atheniensium principem, hortatur comites in vltionem, frustráq; & Ponti sinum & Asiam domitam esse dicit, si Græcorum nō tam bellis, quàm rapinis pateant. Auxilium deinde à * Sigillo rege Scytharum petit. Genus se Scytharum esse, cladem virorum, necessitatem armorum, belli causas ostendit: assecutásque virtute ne segniores viris fœminas habere Scytha viderētur. Motus ille domestica gloria, mittit cū ingenti equitatu filium Penaxagoram in auxilium. Sed ante prælium

Orithyia.

Bellicum fuisse dicūt poetæ.

* Sagillo

prælium dissensione orta, ab auxiliis deserta, bello ab Atheniensibus vincuntur. Receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilium intacta ab aliis gentibus, in regnum reuertuntur: Post *Otreram, Penthesilia regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cùm auxilium aduersus Græcos ferret, magnæ virtutis documenta extitere. Interfecta demum Penthesilia, exercitúque eius desumto, paucæ quæ remãserãt, ægrè se aduersus finitimos defendẽtes, vsque ad tẽpora Alexãdri Magni durauerunt. Harũ* Minthia siue Thalestris regina concubitu Alexandri per dies XIIII ad sobolem ex eo generãdam obtento, reuersa in regnũ breui pòst tẽpore cum omni Amazonum nomine intercidit. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, cùm annis VII à côiugibus & liberis abfuissent, seruili bello domi excipiũtur. Quippe coniuges eorum lõga expectatione virorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratæ seruis ad custodiã pecoris relictis nubunt: qui reuersos cum victoria dominos, velut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cũ varia victoria fuisset, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus, sed cum seruis prœliãdum, nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non tela ferẽda, omissóq. ferro, virgas & flagella, cæteráque seruilis metus parãda instrumẽta. Probato omnes con-

*Otithyiam.

*Minothæa.

filio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostes accessere, inopinãtibus verbera intentant, adeóque illos perturbant, vt quos ferro nō poterant, metu verberum vincerēt fugámq; nō vt hostes victi, sed vt fugitiui serui capesserēt: quicunque capi potuerūt supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoque malè sibi consciæ, partim ferro, partim suspendio vitā finierunt. Post hoc apud Scythas pax fuit, vsque ad tempora Lãthini regis. Huic Darius rex Persarū sicut suprà dictū est, cùm filiæ eius nuptias nō obtinuisset, bellum intulit & armatis septingētis millibus hominum, Scythiam ingressus: non faciētibus hostibus pugnæ potestatem, metuens ne interrupto pōte Istri, reditus sibi intercluderetur, amissis nonaginta millibus hominū trepidè refugit: quæ iactura abundãte multitudine inter damna numerata non est. Inde Asiā & Macedoniā domuit. Ionas quoque nauali prælio superat. Demū cognito quòd Atheniēses Ionijs auxilium contra se tulissent, omnem impetum belli in eos cōuertit. Nūc quoniā ad bella Atheniensium ventum est, quæ non modo vltra spem gerendi, verumetiam vltra gesti fidem patrata sunt, operáq; Atheniēsiū effectu maiora quàm voto fuerunt: paucis verbis origo repetenda est, quia vt non cæteræ gentes à sordidis initiis ad summa creuere. Soli enim præterquā incremēto, etiam origine gloriãtur. Quippe nō aduenæ,

Præterquam pro non solum vide Cic. pro L. c.

nequa

neque paßim collecta populi colluuies originem urbi dedit: sed in eodem nati solo, quod incolūt: & quæ illis sedes, eadem origo est. Primi lanificij & olei & vini usum docuere. Arare quoq; & serere frumenta glande vescentibus mōstrauerunt. Literæ certè ac facundia, & hic ciuilis ordo disciplinæ veluti templū Athenas habēt. Ante Deucalionis tempora regē habuere Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulata est, biformem prodidere, quia primus marē fœminæ matrimonio iunxit. Hinc successit Cranaus cuius filia Athis regioni nomē dedit. Post hūc Amphitrio regnauit, qui primus Mineruæ urbē sacrauit, & nomē ciuitati Athenas dedit. Huius tēporibus aquarū illuuies maiorē partē Græciæ absumpsit. Superfuere quos refugia montiū receperunt, aut ad regē Thessaliæ Deucalionem ratibus vecti sunt, à quo propterea genus hominum conditum dicitur. Per ordinē deinde successionis regnū ad Erichtheū descēdit, sub quo frumēti satio apud Eleusin à Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem noctes initiorū sacratæ. Tenuit & Aegeus Thesei pater, Athenis regnū, à quo per diuortium decedens Medea propter adultam priuigni ætatē, Colchos cū Medo filio ex Aegeo suscepto, cōceßit. Post Aegeū Theseus, ac deinde post Theseum filius Demophoō, qui auxiliū Græcis aduersus Troianos tulit, regnū possedit. Erāt inter

Interfecto Erichthonio, & Pādione.

Athenienses & Dorienses simultatum veteres offensa, quas vindicaturi bello Dorienses, de euentu belli oracula consuluerunt. Responsum, superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent. Cùm ventũ esset in prælium, militibus ante omnia custodia regis præcipitur. Atheniensibus eo tẽpore rex Codrus erat, qui & respõso dei & præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur: ibi in turba obsistentium, à milite, quem falce astu vulnerauerat, interficitur. Cognito regis corpore, Dorienses sine prælio discedunt. Atque ita Athenienses virtute ducis, pro salute patriæ morti se offerẽtis, bello liberantur. Post Codrum nemo Athenis regnauit: quod memoriæ nominis eius tributum est. Administratio Reipublicæ annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nullæ leges tunc erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Eligitur itaque Solon, vir iustitia insignis, qui velut nouam ciuitatem legibus conderet: qui tanto temperamẽto inter plebẽ, Senatúmque egit (cũ si quid pro altero ordine tulisset, alteri displiciturum videretur) vt ab vtrísque parem gratiam traheret. Huius viri inter multa egregia, & istud memorabile fuit. Inter Athenienses & Megarenses de proprietate Salaminæ insulæ, propè vsque ad interitũ armis dimicatũ fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cæ-

fes cœpit, si quis legem de vindicāda insula tulisset. Solicitus igitur Solon, ne aut tacēdo parū Reipublicæ consuleret, aut censendo periculum sibi afferret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modò prohibita, sed facturus erat. Deformis habitu more vecordium in publicum euolat, factóq; cōcursu hominum, quò magis consilium dissimularet, insolitis sibi versibus suadere populo cœpit, quod vetabatur: omniumque animos ita cœpit, vt ex templò bellum aduersus Megarēses decerneretur, insuláq; deuictis hostibus Atheniensium fieret. Interea Megarenses memores illati ab Atheniensibus belli & veriti, ne frustra arma mouisse viderentur, matronas Atheniensium in Eleusiniis sacris noctu oppressuri, naues conscendunt. Qua re cognita, dux Atheniensium Pisistratus iuuentutem in insidiis collocat, iussit matronis solito clamore, ac strepitu, etiam in accessu hostiū ne intellectos se sentiant sacra celebrare, egressósq; nauibus Megarenses inopinantes aggressus, deleuit, ac protinus classe captiua intermixtis mulieribus, vt speciem captiuarum matronarum præberent, Megaram continuit. Illi cum & nauium formam, & petitam prædam agnoscerent, obuii ad portum procedunt: quibus cæsis, Pisistratus paululum à capienda vrbe abfuit. Ita Megarenses suis dolis hosti victoriā dedêre. Sed Pisistrat⁹ quasi sibi, nō patriæ vicisset

Carmina scripta sunt apud Diogenem. Laertium

tyrannidem per dolum occupat. Quippe verberibus voluntarijs domi affectus, laceratóq; corpore in publicum progreditur, & aduocata cõcione, vulnera populo ostendit, de crudelitate principũ à quib. hoc se passum simulabat, queritur, adduntur vocibus lachrymæ, & inuidiosa oratione multitudo credula incenditur: amore plebis inuisum se Senatui affirmat, obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium, per quos occupata tyrannide per annos XXXIIII. regnauit. Post cuius mortem Diocles, alter ex filiis, per vim stuprata virgine, à fratre puellæ interficitur. Alter Hippias nomine, cũ imperiũ paternum teneret, interfectorem fratris cõprehendi iubet: qui cùm per tormenta conscios sceleris nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfectis, quærenti tyrãno an adhuc reliqui conscii essent: nemo, ait, superest, quem amplius mori gestiam, quàm ipsum tyrannum: qua voce eiusdem tyranni se victorem, post vindictam pudicitiæ sororis ostendit. Huius virtute cũ admonita ciuitas libertatis esset, tandem Hippias regno pulsus, in exilium agitur: qui profectus in Persas ducem se Dario inferenti Athenienfibus bellum, sicuti suprà significatum est, aduersus patriam suam offert. Igitur Athenienses audito Darij aduentu, auxilium à Lacedæmoniis sociatũ ciuitate petierũt. Quos vbi viderũt quatriduũ teneri religio-

me, non expectato auxilia, instructis decem millibus ciuium, & Plataeensibus auxiliariis mille aduersus sexcenta millia hostiū in campos Marathonios in praeliū egrediuntur. Milciades & dux belli erat & autor nō expectandi auxilij, quem tanta fiducia ceperat, vt plus praesidij in celeritate, quàm in socijs duceret. Magna igitur currentibus in pugnā alacritas animorū fuit, adeò, vt cum mille passus inter duas acies essēt, citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem venirēt: nec audacia eius euētus defuit. Pugnatum est enim tanta virtute, vt hinc viros, inde pecudes putares. Victi Persae in naues cōfugerūt, ex quibus multae suppressae, multae captae. In eo praelio tanta virtus singulorum fuit, vt cuius laus prima esset, difficile iudiciū videretur. Inter caeteros tamen Themistoclis adolescētis gloria emicuit, in quo iam tunc indoles futurae imperatoriae virtutis apparuit. Cynegiri quoque militis Atheniēsis gloria magnis scriptorū laudib. celebrata est, qui post praelij innumeras caedes, cū fugiētes hostes ad naues egisset, onustam nauē dextra manu tenuit, nec pri⁹ dimisit, quā manū amitteret. Tū quoque amputata dextra, nauē sinistra cōprehendit: quam & ipsam cùm amisisset, ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo virtutem, fuisse, vt non tot cadibus fatigatus, nō ambabus manibus amissis victus, ad postremū trūcus, & veluti rabida fera

Verbosam in laudib. suis Graeciā vocat Valer. Maxi. de Cynegiro.

dentibus dimicauerit. Ducenta millia Persæ eo prælio, sine naufragio amiserit. Cecidit & Hippias tyrannus Atheniensis, autor & concitator eius belli, diis patriæ vltoribus pœnas repetētib. Interea & Darius cum bellum restauraret, in ipso apparatu decidit, relictis multis filijs, & in regno, & ante regnū susceptu. Ex his Arthemenes maximus natu, ætatis priuilegio, regnum sibi vindicabat quod ius & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit. Porro Xerxes cōtrouersiā nō de ordine, sed de nascendi felicitate adferebat. Nam* Arthemenē primùm quidem Dario, sed priuato prouenisse se regi primū natum, Fratres itaque suos qui ante geniti essent priuato priuatum patrimonium, quod eo tempore Darius habuisset, non regnum sibi vindicare posse, se esse primum, quem in *regnum rēx pater sustulerit. Huc accedere, quòd* Arthemenes nō patre tantū, sed & matre priuatæ adhuc fortunæ, auo quoq; materno priuato creatus sit: se verò & matre regina natum & patrem non nisi regem vidisse: auum quoque maternum Cyrum regem habuisse non hæredem, sed conditorem tāti regni. Itaq; etsi æquo iure vtrumq; fratrem pater reliquisset, materno se tamē iure & auito vincere. Hoc certamē concordi animo ad patruum suum* Anaphernē, veluti ad domesticum iudicem deferūt, qui domi cognita causa Xerxē præposuit: adeóq; fraterna cōtētio fuit,*

*Artobazanes.

*Artobazanem.

*regno

*Artobazanes.

[illegible]phērē

ut nec

ut nec victor * exultauerit, nec victus indoluerit, ipsíq. litis tẽpore inuicem munera miserint, & iucunda quoq; inter se nõ solum credula cõuiuia habuerint: iudiciũ quoque ipsum sine arbitris, sine conuiuio fuerit. Tanto moderatius tũ fratres inter se regna maxima diuidebant, quã tò nunc exigua patrimonia patiuntur. Igitur Xerxes bellum à patre cœptũ aduersus Græciam, per quinquẽnium instruxit. Quod vbi primum didicit Demaratus rex Lacedæmoniorũ qui apud Xerxẽ exulabat, amicior patriæ post fugam, quam regi post beneficia, ne inopinato bello opprimeretur, omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit, easdémque cera superinducta delet, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet. Fido deinde seruo præferendas tradit, iusso magistratibus Spartanorum tradere. Quibus perlatis Lacedæmone quæstioni res diu fuit, quod neque scriptum aliquid viderent, nec frustra missas suspicarentur, tantóq. rem maiorem, quantò sit occultior, putabant. Hærentibus in coniectura viris, soror regis Leonidæ consilium scribentis inuenit. Erasa igitur cera, belli consilia deteguntur. Iam Xerxes septingẽta millia de regno armauerat, & trecenta millia de auxiliis parauerat: vt non immeritò proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata Græciámq. omnem vix capere exercitum eius potuisse. Naues quoq. decies centum

* insultauerit.

Equitum verò quadringentorum millium habuit copias autore Probo Æmilio. M. & C.C. habet probus, quas secutæ M. oner

*centū millia numero habuisse dicitur. Huic tāto agmini dux defuit. Cęterū si regem spectes, diuitias, non ducem laudes, quarum tāta copia in regno eius fuit, vt cum flumina multitudine consumerētur, opes tamē regiæ superessent. Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio semper visus est: in periculis timidus: sicubi metus abesset, inflatus. Deniq; ante experimētū belli fiducia virium, veluti naturæ ipsius dominus, & montes in planum deducebat, & conuexa vallium æquabat, & quædam maria pontibus sternebat, quædam ad nauigationis commodum per cōpēdium ducebat, cuius introitus in Græciam quam terribilis tā turpis ac fœdus discessus fuit. Námque cum * Leonides rex Spartanorum cum quatuor militibus militū angustias Thermopylarū occupasset, Xerxes cōtēptu paucitatis, eos pugnā capessere iubet, quorū cognati Marathonia pugna interfecti fuerant: qui dū vlcisci suos quærūt, principiū cladis fuere: succedēte deinde inutili turba maior cædes editur. Triduo ibi cum dolore & indignatione Persarum dimicatum: quarto die, cum nuntiatū esset Leonidæ à XX. millibus hostium summū cacumen teneri, tunc hortatur socios recedant, & se ad meliora patriæ tempora reseruent, sibi cūm Spartanis fortunā experiendam: plura patriæ, quàm vitæ debere, cæteros ad præsidia Græciæ seruandos. Audito regis imperio discessere cæte-*

*Leonida.

ri. Soli

ri, soli Lacedæmonii remanserunt. Initio huius belli sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut urbi cadendum. Et idcirco cum rex Leonides in bellū proficisceretur, ita suos firmauerat, ut ire se parato ad moriendū animo scirēt. Angustias propter ea occupauerat, ut cum paucis aut maiore gloria vinceret, aut minore damno reipublicæ caderet. Dimißis igitur sociis, hortatur Spartanos meminerint, qualitercunq; præliarētur, cadendum esse, cauerent, ne fortius mansisse, quàm dimicasse videantur: nec expectandū ut ab hoste circumuenirentur, sed cùm nox occasionē daret, securis & lætis superueniendum: nusquā victores honestius quàm in castris hostium perituros. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori: statim arma capiunt, & sexcenti viri in castra quingentorum millium irrumpūt, statímq; regis prætorium petūt, aut cum illo, aut si oppreßi essent in ipsius potißimū sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani posteaquam regem nō inueniūt, per omnia castra victores vagantur, cadunt, sternúntque omnia: ut qui sciāt se pugnare nō spe victoriæ, sed in mortis vltione. Prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractū. Ad postremū nō victi, sed vincēdo fatigati, inter ingentes stratorū hostiū cateruas occiderunt. Xerxes duobus vulnerib. terrestri prælio acceptis, experiri * Maris fortu-

Extat apud Herod. Græcum oraculum.

Præclara Leonidæ & Spartanorū virtus.

Exempla militaris fortitudinis.

Naualis pugna instruitur.

* ma

nam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles, cùm animaduertisset Ionas, propter quos bellum Persarum rex susceperat, in auxilium regis classe venisse, sollicitare eos in partes suas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberet, quò applicituri erãt, symbolos proponi, & saxis proscribi curat. Quæ vos, Iones, dementia tenet? quod facinus agitatis? Bellũ inferre olim conditoribus vestris, nuper etiã vindicibus cogitatis? An ideò mœnia vestra condidimus, vt essent qui nostra delerent? Quid si non hæc & Dario prius, & nũc Xerxi belli causa nobiscum foret, quòd vos rebellãtes non destituimus? quin vos in hæc nostra castra ex ista obsidione trãsitis? Aut si hoc parum tutum extat, vos commisso prælio ite *cessum, inhibete remos, & à bello discedite. Ante naualis prælij congreßionẽ miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos, ad tẽplum Apollinis diripiendum, prorsus quasi non cum Græcis tantùm, sed cùm dijs immortalibus bellũ gereret: quæ manus tota imbribus, & fulminibus delata est, vt intelligeret, QVANTO GRAVIOR OFFENSA DEORVM ESSET, TANTO NVLLAS ESSE HOMINVM ADVERSVS DEOS VIRES. Post hæc Thespias & Plateas, & Athenas hominibus vacuas incẽdit: & quoniã ferro non poterat in homines, in ædificia ignẽ grassatur. Namque Athenienses post pugnam Marat-

prudentis & callidi imperatoris exemplum Themistocles

*cessim.

Exẽplum impietatis erga deos.

Impietatis pœna.

Marathoniam, præmonẽte Themistocle, victoriam illã de Persis, non finem, sed causam maioris belli fore, CC. naues factæ fuerũt. Aduẽtãte igitur Xerxe, cõsulentibus Delphis oraculũ, responsum fuerat, Salutẽ muris ligneis tuerẽtur. Themistocles nauiũ præsidium demonstratum ratus persuadet omnibus, patriam municipes esse, nõ mœnia: ciuitatémq; nõ in ædificiis, sed in ciuibus positam. Melius itaque salutem nauibus, quàm urbi cõmissuros: huius sententiæ etiam Deum autorẽ esse. Probato consilio coniuges liberósque cum pretiosissimis rebus abditis insulis, relicta urbe, demãdãt. Ipsi naues armati conscendũt, exemplum Atheniensium & aliæ urbes imitatæ. Itaque cùm adunata omnis sociorum classis, & intẽta in bellum nauale esset, angustiásque Salaminij freti, ne circũueniri à multitudine possent, occupassent, dissensio inter ciuitatum principes oritur: qui cùm deserto bello ad sua tuenda dilabi vellent, timens Themistocles, ne discessu sociorum vires minuerentur, per seruum fidum Xerxi nunciat, uno in loco eũ contractam Græciam posse capere facillimè. Quòd si ciuitates, quæ iã abire vellent, dissipẽtur, maiore labore ei singulas consectãdas. Hoc dolo impellit regem signum pugnæ dare. Græci quoq; aduẽtu hostium occupati, prælium collatis viribus capessũt, Interea rex, velut spectator pugnæ, cum parte nauium in litore rema-

neat

Exemplũ muliebris fortitudinis Arthemisia: effœminati autem Ducis Xerxes.

Græcorum præclara ad Salaminem victoria.

net. Arthemisia aũt regina Halicarnaßi, quæ in Auxiliũ Xerxi venerat, inter primores duces bellũ acerrimè ciebat: quippe vt in viro muliebrem timorẽ, ita in muliere virilem audaciã cerneres. Cum anceps prælium eßet, Iones, iuxta præceptũ Themistoclis, pugnæ se paulatim subtrahere cœperunt, quorũ defectio animos cæteris fregit. Itaque circumspicientes fugã pelluntur Persæ, & mox prælio victi, in fugã vertũtur. In qua trepidatione multæ submersæ naues, multæ captæ sunt: plures tamẽ non minus sæuitiam regis, quàm hostem timentes, domum dilabuntur. Hac clade perculsum, & dubiũ consilij Xerxẽ Mardonius aggreditur. Hortatur vt in regnũ abeat, ne quid seditionis moueat fama aduersi belli, & in maius, sicuti mos est omnia extollẽs, sibi CCC *.millia armatorũ lecta ex omnibus copiis relinquat, qua manu aut cũ gloria eius perdomiturum se Græciã, aut si aliter euentus ferat, sine eiusdẽ infamia hostibus cessurũ. Probato cõsilio, Mardonio exercitus traditur, reliquas copias rex ipse reducere in regnũ parat. Sed Græci, audita regis fuga, cõsiliũ ineunt pontis interrumpẽdi: quem ille Abido, velut victor maris fecerat, vt intercluso aditu, aut cum exercitu deleretur, aut desperatione rerum pacẽ victus petere cogeretur. Sed Themistocles timens, nẽ interclusi hostes, desperationem in virtutem verterent, & iter, quod aliter*

Noema.

Vna salus victis nullam sperare salutem. Ae.

non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Græcia remanere dictitans, nec augeri numerum retinendo oportere, cùm vincere consilio cæteros non posset, eundē seruum ad Xerxem mittit, certiorémque consilij facit: & occupare trāsitum matura fuga iubet. Ille perculsus nuncio, tradit ducibus milites perducendos, ipse cum paucis Abydon contēdit. Vbi cùm solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna, & ad æstimationem rerum humanæ sortis varietate miranda, in exiguo latentem videre nauigio, quem paulò ante vix æquor omne capiebat: carentem etiam omni seruorum ministerio, cuius * exercitus propter multitudinem, terræ graues erant. Nec pedestribus copijs, quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (neque enim vlla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorū deinde dierum inopia, contraxerat & pestem, tantáque fœditas morientiū fuit, vt viæ cadaueribus implerentur, alitésque & bestiæ escæ illecebris solicitatæ, exercitum sequerentur. Interim mardonius Olynthum in Græcia expugnat. Athenienses quoque in spem pacis, amicitiámq; regis solicitat, spondens incensæ eorum vrbis etiam in maius restitutionem. Posteaquam nullo pretio libertatem vidit his venalem, incensis, quæ readificare cœperant,

Turpis fuga Xerxis.

Egregium epiphonema.

* exercitu

γνώμη

Calamitas misera in exercitu Xerxis.

copias in Bœotiam transfert. Eò & Græcorum exercitus, qui centum millium fuit, sequutus est. Ibique prælium commissum. sed fortuna regis cum duce mutata est. Nam victus Mardonius, veluti ex naufragio cum paucis profugit, castra referta regalis opulentiæ capta sunt. Vnde primùm Græcos, diuiso inter se auro Persico, diuitiarum luxuria cœpit. Eodem fortè die, quo Mardonij copiæ deletæ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub mõte Mycale aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem, cùm classes ex aduerso starent, fama ad vtrumque exercitum venit, vicisse Græcos, & Mardonij copias occisione occidisse. Tantam famæ velocitatem fuisse, vt cùm matutino tempore prælium in Bœotia commissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, & tantum spatij, tam breui horarum momento, de victoria nũtiatum sit. Confecto bello, cùm de præmijs ciuitatũ ageretur, omnium iudicio, Athenienfium virtus cæteris prælata. Inter duces quoque Themistocles princeps, ciuitatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ suæ auxit. Igitur Athenienses aucti & præmiis belli, & gloria, vrbem ex integro cõdere moliũtur. Cùm mœnia maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmonijs cœpere, rectè reputantibus, quibus ruina vrbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos, qui monerent,

De hac pugna Herod. in Calliope.

Epiphonema.

Themistoclis laus.

Reficiuntur Athenæ.

uerent, ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles ut uidit spei urbis inuideri, non existimans abrupte agendum, respondit legatis, ituros Lacedæmona, qui de ea re pariter cum illis consultent. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, ut opus maturēt. Deinde ipse, interiecto tēpore, in legationē proficiscitur, & nūc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatē collegarum accusans, sine quibus agi iure nihil possit, diē de die proferendo, spatium consumnādo operi quærebat: cūm interim nuntiatur Spartanis, opus Atheniensium maturari propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit Athenēsium, Lacedæmoniorū legatos vinciant, pignúsque teneant, ne in se grauiùs consulatur. Adit deinde concionem Lacedæmoniorum indicat permunitas Athenas esse, & posse illatū bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. Grauiter deinde castigat eos, quòd non uirtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quærerent. Sic dimissus, ueluti triumphatis Spartanis, à ciuibus excipitur. Post hæc Spartani, ne vires otio corrumperent, & ut bis illatum à Persis Græciæ bellum ulciscerētur, ultro fines eorum depopulantur. Ducem suo, sociorúmque

Themistoclis callidū consilium.

Bellū Lacedæmoniorū aduersus Persas.

Pausaniae perfidi ciuis & Ducis exemplum.

exercitui deligunt Pausaniam qui pro Ducatu regnũ Graeciae affectans, proditionis praemium, cum Xerxe nuptias filiae eius paciscitur, redditis captiuis, ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit praeterea Xerxi, quoscumque ad se nuntios misisset, interficeret, ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux Atheniensium Aristides belli socius electus, collegae conatibus obuiam eundo, simul & in rem sapienter consulendo, proditionis consilia discussit. Nec multò pòst accusatus Pausanias damnatur. Igitur Xerxes cum proditionis dolum publicatum videret, ex integro bellum instituit. Graeci quoque ducem instituunt Cimonem Atheniensem, filium Miltiadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est, iuuenem, cuius magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectũ, ibique defunctum, translatis in se vinculis, ad sepulturã redemit. Nec in bello iudicium deligentium fefellit. Siquidem non inferior virtutibus patris, Xerxem terrestri naualíque bello superatum, trepidum se recipere in regnum coëgit.

Cõgylus Cretensis literas pertulit. Probus.

Insigne pietatis exemplum.

IVSTINI LIBER III.



ERXES rex Persarũ, terror antea gentiũ, bello in Græcia infeliciter gesto, etiã suis contẽptui esse cœpit. Quippe Artabanus præfectus eius deficiẽte quotidie regis maiestate, in spem regni adductus, cũ septẽ robustissimis filijs regiam vesperi ingreditur: nam amicitiæ iure semper illi patebat: trucidatóque rege, voto suo obsistentes filios eius, dolo aggreditur. Securior de Artaxerxes puero admodum, fingit regem à Dario, qui erat adolescẽs, quò maturius regno potiretur, occisum: impellit Artaxerxẽ parricidiũ parricidio vindicare. Cũ ventum esset ad domũ Darij, dormiens inuentus, quasi somnum fingeret, interficitur. Deinde cùm vnũ ex regis filiis sceleri suo superesse Artaban⁹ videret, metueretq; de regno certamina pricipũ, assumit in societatẽ consilij Baccabassum, qui præsenti statu cõtentus, rẽ prodit Artaxerxi, vt pater eius occisus sit, vt frater falsa parricidij suspicione oppressus, vt deniq; ipsi pararẽtur insidiæ. His cognitis, Artaxerxes verẽs Artabani numerũ filiorum, in posterum diem paratum esse exercitum, armatúmque iubet, recogniturus & numerum militũ, & in armis industriam singulorum. Itaq; cùm inter cæteros, & ipse Artaba-

crudelitatis & perfidiæ exemplum.

Artaxerxes Longimanus Persarum rex quintus.

*nus armatus assisteret, rex simulat se breuiorem loricam habere, iubet Artabanum secum cõmutare: exuentem se, ac nudatũ gladio traiecit. Tũ & filios eius corripi iubet: atque ita egregius adolescens, & cædem patris, & necessi atris, & se ab insidiis Artabani vindicauit. Dum hæc in Persis geruntur, interea Græcia omnis, ducibus Lacedæmoniis & Atheniensibus in duas diuisa partes, ab externis bellis, velut in viscera sua arma cõuertit. Fiunt igitur de vno populo duo corpora, & eorundẽ castrorũ homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedæmonij cõmunia quondã ciuitatum auxilia ad vires suas trahebant. Inde Athenięses & vetustate *gẽtis, & gestis rebus illustres, propriis viribus confidebãt. Atq; ita duo potẽtissimi Græciæ populi, institutis Solonis & Lycurgi legibus pares ex æmulatione virium in bellũ ruebãt. Namq; Lycurgus cùm fratri suo *Polibitæ Spartanorũ regi successisset, regnúmque sibi vẽdicare potuisset, Charilao filio eius, qui natus posthumus fuerat, cùm ad ætatẽ adultã venisset, regnũ summa fide restituit, vt intelligerent omnes, quantò plus apud bonos pietatis iura, quàm omnes opes valerent. Medio igitur tẽpore dum infans cõualescit, tutelámq; eius administrat, non habẽtibus Spartanis leges instituit, non inuentione earum magis, quã exemplo clarior. Siquidem nihil lege vlla*

Crudelitatis & perfidiæ pœna.

De intestino Græcorũ bello.

* generis.

* Polydæctæ habet Plut.

Lycurgi instituta.

Legislatores quid præstare cant.

ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documenta daret. Populum in obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum firmauit. Parsimoniam omnibus suasit, existimans laborem militiae, assidua frugalitatis consuetudine, faciliorem fore. Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium iussit: auri argentique vsum, velut omnium scelerum materiam, sustulit & administrationem reipublicae per ordines diuisit. Regibus potestatem bellorum, Magistratibus iudicia, & annuas successiones, Senatui custodiam legum, Populo sub legendi Senatum vel creandi, quos vellet, magistratus, potestatem permisit. Fundos omnium aequaliter inter omnes diuisit, vt aequata patrimonia neminem potentiorem alteri redderent. Conuiuari omnes publicè iussit, ne cuius diuitiae vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus non amplius vna veste vti toto anno permissum, nec quenquam cultius quàm alterum progredi nec epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci praecepit, vt primos annos non in luxuria, sed in opere, & in laboribus agerent. Nihil eos somni causa substernere, & vitam sine pulmento degere, neque priùs in vrbem redire, quàm viri facti essent. Statuit, virgines sine dote nubere: iussit vt vxores eligerentur, non pecunia: seueriusque matrimonia sua viri coercerent, cùm nullis dotis frenis tenerentur. Maximum honorem non diuitum &

Monarchia.
Origarchia.
Democratia.

*potentium, sed pro gradu ætatis senum esse voluit. Nec sane vsquam terrarum locum honorationem senectus habet. Hæc quoniam primò, solutis antea moribus, dura videbantur esse, autorē eorū Apollinē Delphicum fingit, & inde se ea ex præcepto numinis detulisse, vt consuescendi tædium metus religionis euincat. Deinde vt æternitatem legibus suis daret, iureiurādo obligat ciuitatem, nihil eos de eius legibus mutaturos, priusquā reuerteretur: & simulat se ad oraculum Delphicum proficisci, consulturum quid addendū, mutandumq; legibus videretur. Proficiscitur autem Cretam, ibiq; perpetuū exilium egit, abijciq; in mare ossa sua moriēs iussit, ne relatis Lacedæmona solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissoluendis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui ciuitas *cōnaluit, vt cum Messenis propter stupratas virgines suas, in solenni Messeniorum sacrificio bellum intulissent grauissima se execratione * obstringerent, non prius quam Messeniam expugnassent, reuersuros, tantum sibi vel de viribus suis, vel de fortuna spondentes. Quæ res initium dissensionis Græciæ: & intestini belli causa & origo fuit. Itaque cùm * contra præsumptionem suam annis decem in obsidione vrbis tenerētur, & querelis vxorum post tam longam viduitatem reuocarentur: veriti ne hac perseuerantia belli grauius sibi, quàm Messenijs nocerēt: quippe illis*

Abiit hoc in prouerbiū, In sola Sparta expedit senescere.

Exēplum amoris erga patriā.

*coaluit.

* obstrinxerit.

octauo an imperij Romuli fuit hoc bellū autor Euseb.

*Id est, secus quàm sperauerant.

Vrbis nomen erat Ithoma.

pe illis quantum iuuentutis bello intercidit, mulierum fecunditate suppleri: sibi & belli damna assidua, & fecunditatem uxorum absentibus viris nullam esse. Itaque legunt iuuenes ex eo genere militum, qui post iusiurandum in supplementum venerant. Quibus Spartam remissis, promiscuos omnium fœminarum concubitus permisere, maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulæ per plures viros experirẽtur. Ex his nati, ob notam materni pudoris Patherniĳ sunt vocati: qui cùm ad annos XXX. peruenissent, metu inopiæ (nulli enim pater existebat, cuius in patrimonium successio speraretur) ducem Phalantum assumunt, filium *Araci, qui autor Spartanis fuerat, iuuentutis ad generandam sobolem domum remittendæ: vt sicuti dudum patrem eius nascendi habuissent autorem, sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberent. Itaque nec salutatis matribus è quarum adulterio infamiam collegisse videbantur, ad sedes requirendas proficiscuntur, diúque & per varios casus iactati, tandem in Italiam deferũtur, & oppugnata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedem sibi cõstituunt. Sed post annos plurimos dux eorũ Phalantus, per seditionem in exilium perturbatus, Brundusium se contulit, quò expulsi sedibus suis veteres Tarentini concesserant. Is moriens persuadet, vt ossa sua postremásque reliquias con-

Parthenio rum origo.

*Arati.

Partheniĳ vbi consederint.

Phalanti in ingratos ciues pietas.

terant, & tacitè spargi in foro Tarentinorũ curent. Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse. Illi arbitrantes eũ in ultionem sui fata ciuium prodidisse, preceptis paruere sed oraculi diuersa sententia fuerat: perpetuitatẽ enim urbis, non amissionem hoc facto promiserat. Ita ducis exulis cõsilio, & hostiũ ministerio possessio Tarẽtina Partheniys in aeternũ fundata: ob cuius beneficij memoriã Phalãto diuinos honores decreuere. Intereà Messenij cùm virtute nõ possent, per insidias expugnantur. Deinde cũ per annos LXXX. grauia seruitutis verbera plerunque vincula, caeteráq; *captiuitatis mala perpessi essent, post lõgã poenarum patientiam, bellum restaurant. Lacedaemonij quoque eò conspirantiùs ad arma concurrunt, quò aduersus seruos dimicaturi videbantur. Itaque cùm hinc iniuria, inde indignitas animos acueret, Lacedaemonij de belli euentu oraculo Delphis consulto, iubentur ducem belli ab Atheniensibus petere. Porrò Athenienses cùm responsum cognouissent, in contemptum Spartanorum Tyrtaeum poetam claudem pede misere, qui tribus praelij fusus, eò vsque desperationis Spartanos adduxit, ut ad supplementum exercitus, seruos suos manumitterent: hisque interfectorum matrimonia pollicerentur, ut non numero tantùm amissorum ciuium, sed & dignitati succederent. Sed reges Lacedaemo-

Secundum cum Messenis bellũ.

*captae ciuitatis.

Tyrtaeus poeta claudus Dux Lacedaem.

nion

niorem ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infunderent, reducere exercitum voluerunt, ni interuenisset Tirteus, qui composita carmina exercitui pro concione recitauit: in quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia conscripserat. Itaque tantum ardorem militibus miecit, vt non de salute, sed de sepultura soliciti, tesseras, insculptis suis & patrum nominibus, dextero brachio deligarent: vt si omnes aduersum prælium consumpsisset, & temporis spatio confusa corporũ lineamenta essent, ex iudicio titulorum tradi sepulturæ possent. Cum sic animatũ reges exercitum viderent, curant rem hostibus nuntiare. Messenijs autem non timorem res, sed æmulationem mutuam dedit. Itaque tantis animis concursum est, vt raro vnquam cruentius prælium fuerit. ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit. Interiecto tempore tertium quoque bellum Messenij reparauere: in cuius auxilium Lacedæmonij inter reliquos socios etiam Athenienses adhibuere, quorum fidem cùm suspectam haberent, superuacuos eos simulãtes, à bello eosdem dimiserũt. Hanc rem Athenieñses grauiter ferentes, pecuniam, quæ erat in stipendium Persici belli ab vniuersa Græcia collata à Delo Athenas transferunt: ne deficientibus à fide societatis Lacedæmonijs, prædæ ac rapinæ esset. Sed nec Lacedæmonij quienere: qui cum Messeniorum

Tyrtei ad milites camina exhortatoria.

Tertium bellũ cum Messeniis

Erat enim Delus pro boni ærario. Probari in vita Arist.

seniorum bello occupati essent, Peloponenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerēt. Parua tunc tēporis, classe in Aegyptum missa, vires Atheniēsibus erat. Itaq; nauali prælio dimicantes, facilè superantur. Interiecto deinde tēpore, post reditū sociorum aucti, & classis, & militum robore, prœliū reparant. Iam & Lacedæmonij omissis Messeniis, aduersus Athenienses arma verterant. Diu varia victoria fuit: ad postremū æquo Marte vtrinq; discessum. Inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorū bellū, ne mediū tēpus otiosum Atheniensibus relinquerēt, cum Thebanis paciscūtur, vt Bœotiorū imperiū his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserāt. vt illi cum Atheniensibus bella susciperent. Tantus furor Spartanorum erat, vt duobus bellis impliciti, suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent. Igitur Athenienses, aduersus tantam tempestatem belli, duos duces deligunt, Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum, qui diuerso exercitu, Spartanorum agros vastauerunt, & multas Achaiæ ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedæmonij, in annos XXX. pepigerunt pacem: sed tam longum otium inimicitiæ non tulerunt. Itaque intra quindecim annos rupto fœdere, cum contemptu Deorum hominumq; fines Atticos populan-

Victi sunt in Italia.

De quo Thucyd. l. 2. & Plut.

Perfidiæ emplū.

tur. Et ne prædam potius, quàm pugnam expetisse viderentur, hostes ad prælium vocant. Sed Athenienses, consilio Periclis ducis, populationis iniuriam differunt in tempus vltionis, superuacuam pugnam existimantes, cùm vlcisci hostem sine periculo possent. Deinde interiectis diebus, naues conscendunt, & nihil sentientibus Lacedæmoniis, totã Spartam deprædãtur, multóque plura auferunt, quàm amiserãt. Prorsus in cõparatione dãnorum, longe plurimi fuerit vltio, quàm ira. Clara quidẽ hæc Periclis expeditio habita, sed multò clarior priuati patrimonij cõtemptus fuit.* Hinc agros in populatione cæterorũ intactos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse, aut periculum ex inuidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. Quod antè prospiciẽs Pericles, & futurũ populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum agros ipsos dono reipublicæ dederat. Atque ita vnde periculum quæsitũ fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post hæc interiectis diebus, nauali prælio dimicatum est: victi Lacedæmonij fugerũt. Nec cessatũ deinceps est, quin aut terra, aut mari varia præliorũ fortuna inuicem se trucidarẽt. Deniq; fessi tot malis, pacẽ in annos quinquaginta fecere, quã nõ nisi sex annis seruauerunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant: quippe quãsi minus periurij contraherent, si ferentes

* Huius Extat hac de re apud Thucid. oratio.

rētes socij auxilia potiùs, quàm si aperto prælio dimicassent. Hunc bellum in Siciliam translatum: quod priùs quàm exponam, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

IVSTINI LIBER IIII.

Siciliæ descriptio.



ICILIAM ferunt angustis quondā faucibus Italiæ adhæsisse direptámque, velut à corpore, maiore impetu superioris maris, quòd toto vndarū onere illuc vehitur. Est autē ipsa terra tenuis ac fragilis, & cauernis quibusdā fistulísque ita penetrabilis, vt ventorū tota ferme flatibus pateat, nec nō & ignib. generādis, nutriendísq; soli ipsius naturalis vis. Quippe intrinsecus stratū sulphure & bitumine traditur: quæ res facit, vt spiritu cū igne inter interiora luctāte, frequēter & cōpluribus locis nunc flāmas, nūc vaporē, nunc fumū eructet. Inde deniq; Ætnæ montis per tot sæcula durat incendium. Et vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit, arenarum moles egeruntur. Proximum Italiæ promontorium, Rhegium dicitur, ideò quòd Græcè abrupta hoc nomine pronuntientur. Nec mirum si fabulosa est loci eius antiquitas, in quem res tot coiere miræ. Primùm, quòd nusquam aliàs tam torrens fretum nec solum

Vide Plin. lib. 83. ca. 5.

Et dehiscēdi argumētū. Plin.

Siculum marē.

lum citato impetu, verum etiam sæuo: neque experientibus modò terribile, verumetiam procul visentibus. Vndarum porrò inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes* verticibus in imū desidere, alias quasi victrices sublime ferri videas. Nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in voragine desidentis exaudias: Accedunt vicini, & perpetui Aetnæ montis ignes, & insularum Aeolidum, veluti ipsis vndis alatur incendiū. Neq; enim in tam angustis terminis aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset, nisi & humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere: hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulacra, dum nauigantes magnis verticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant vndas, quas sorbētis æstus vorago collidit. Eadem causa etiam Aetnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille cōcursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus, nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italiæ, Siciliæq; vicinitas, iam promontoriorum altitudo ipsa ita similis est, ut quantū, nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit, credētibus coeuntibus in se promōtoriis, ac rursum discedentibus solida intercipi, absumique nauigia, Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum sed metu

*vorticibus mergi ad imum.

Aeolides insulæ.

Scylla, & Charybdis vnde Eras. in Chil.

De Sicilia Thucy. li.

Angustiæ Siculi freti.

metu & admiratione transeuntium. Ea est enim procul inspicientibus natura loci, vt sinum maris, non transitum putes: quò cùm accesseris discedere ac seiungi promõtoria, quæ anteà iuncta fuerant, arbitrare. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit: præterea Sicania denominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit: quibus extinctis, Aeolus regnum insulæ occupauit: post quem singulæ ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum cæterorum crudelitate certabat, cuius moderatio haud meliorem fructum tulit. Quippe decedẽs cum paruulos filios reliquisset, tutelámque eorum Micytho, spectatæ fidei seruo cõmisisset, tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit, vt parère seruo, quam deserere regis filios mallent: principésque ciuitatis obliti dignitatis suæ, regni maiestatem administrari per seruum paterentur. Imperium Siciliæ etiam Carthaginienses tentauere, diúque varia victoria cum tyrannis dimicatum. Ad postremũ amisso Hamilcare imperatore cum exercitu, aliquantisper quieuere victi. Medio tempore cùm Rhegini discordia laborarent, ciuitásque per dissensionem diuisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Himera vrbe in auxilium vocati pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & *mox cæsis, quibus tulerãt auxilium, vrbẽ cum*

A Thucydide, authore Plinio. Triquetra etiam dicta.

Anaxilaus exemplum iustitiæ & moderationis.

* Michillo

Vide infrà lib. 19.

Crudelitatis & perfidiæ exemplum.

* inde

com-

coniugibus & liberis sociorum occupauere, ausi facinus nulli tyranno comparandũ: quippe ut Rheginis melius fuerat vinci quàm vicisse. Nã siue* victoribus captiuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissẽt, non tamen inter aras & patrios lares trucidati, crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis prædam reliquissent. Catanenses quoque cùm Syracusanos graues paterẽtur, diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniẽsibus petiere: qui seu studio maioris imperij, quod Asiam Græciámq. penitus occuparant, seu metu factæ pridẽ à Syracusanis classis, ne Lacedæmoniis illæ vires accederent, Lamponium ducẽ cum classe in Siciliam misere, ut sub specie ferẽdi Catanẽsibus auxilij, tentarẽt Siciliæ imperiũ. Et quoniam prima initia frequẽter cæsis hostibus prospera fuerãt, maiore denuo classe & robustiore exercitu, Lachete & Cariade ducibus Siciliam petiuere: sed Catanenses siue metu Atheniẽsium, siue tædio belli pacem cũ Syracusanis, remissis Atheniensium auxiliis, fecerunt. Interiore deinde tẽpore, cum fides pacis à Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittũt, qui sordida veste, capillo barbáq prolixis, & omni squaloris habitu ad misericordiam cõmouendam* acquisito, concionem deformes adeunt. Adduntur precibus lachrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent: ut dam-

* autoribus

Sicilienſe bellum, quo Athenienſium res ſunt vehementer accisæ.

Thucy. li.

* accerſita

seniorum bello occupati essent, Pelopõnenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerẽt. Parua tunc tẽporis, classe in Aegyptum missa, vires Atheniẽsibus erat. Itaq; naualis praelio dimicantes, facilè superantur. Interiecto deinde tẽpore, post reditũ sociorum aucti, & classis, & militum robore, praeliũ reparant. Iam & Lacedæmonij omissis Messeniis, aduersus Atheniẽses arma verterant. Diu varia victoria fuit: ad postremũ aequo Marte vtrinq; discessum. Inde reuocati Lacedæmonij ad Messeniorũ bellũ, ne mediũ tẽpus otiosum Atheniensibus relinquerẽt, cum Thebanis paciscũtur, vt Bœotiorũ imperiũ his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserãt. vt illi cum Atheniensibus bella susciperent. Tantus furor Spartanorum erat, vt duobus bellis impliciti, suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes adquirerent. Igitur Athenienses, aduersus tantam tempestatem belli, duos duces deligunt, Periclem spectatae virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum, qui diuerso exercitu, Spartanorum agros vastauerunt, & multas Achaiae ciuitates Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti Lacedæmonij in annos XXX. pepigerunt pacem: sed tam longum otium inimicitiae non tulerunt. Itaque intra quindecim annos rupto fœdere, cum contemptu Deorum hominumq; fines Atticos populantur.

Victi sunt in Halia.

De quo Thucyd. l. 2. & Plut.

Perfidiæ exemplũ.

tur. Et ne prædam potius, quàm pugnam expetiisse viderentur, hostes ad prælium vocant. Sed Athenienses, consilio Periclis ducis, populationis iniuriam differunt in tempus ultionis, superuacuam pugnam existimantes, cùm ulcisci hostem sine periculo possent. Deinde interiectis diebus, naues conscendunt, & nihil sentientibus Lacedæmoniis, totã Spartam deprædãtur, multóque plura auferunt, quàm amiserãt. Prorsus in cõparatione dãnorum, longe plurimi fuerit ultio, quàm ira. Clara quidẽ hæc Periclis expeditio habita, sed multò clarior priuati patrimonij cõtemptus fuit. Hinc agros in populatione cæterorũ intactos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse, aut periculum ex inuidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. Quod antè prospiciẽs Pericles, & futurũ populo prædixerat, & ad inuidiæ impetum declinandum agros ipsos dono reipublicæ dederat. Atque ita unde periculum quæsitũ fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post hæc interiectis diebus, naualí prælio dimicatum est: victi Lacedæmonij fugerũt. Nec cessatũ deinceps est, quin aut terra, aut mari varia præliorũ fortuna inuicem se trucidarẽt. Deniq; fessi tot malis, pacẽ in annos quinquaginta fecere, quã nõ nisi sex annis seruauerunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant: quippe quasi minus periurij contraherent, si fe-*

*Huius Extat hæc de re apud Thucid. oratio.

nentes

rētes socij auxilia potius, quàm si aperto prælio dimicassent. Hunc bellum in Siciliam translatum quod prius quàm exponam, de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

IVSTINI LIBER IIII.

Siciliæ descriptio.



ICILIAM ferunt angustis quondā faucibus Italiæ adhæsisse direptámque, velut à corpore, maiore impetu superioris maris, quòd toto vndarū onere illuc vehitur. Est autē ipsa terra tenuis ac fragilis, & cauernis quibusdā fistulísque ita penetrabilis, vt ventorū tota ferme flatibus pateat, nec nō & ignib. generādis, nutriendísq; soli ipsius naturalis vis. Quippe intrinsec' stratū sulphure & bitumine traditur: quæ res facit, vt spiritu cū igne inter interiora luctāte, freqūēter & cōpluribus locis nunc flāmas, nūc vaporē, nunc fumū eructet. Inde deniq; Ætnæ montis per tot sæcula durat incendium. Et vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit, arenarum moles egeruntur. Proximum Italiæ promontorium, Rhegium dicitur, ideò quòd Græcè abrupta hoc nomine pronunciantur. Nec mirum si fabulosa est loci eius antiquitas, in quem res tot coiere miræ. Primùm, quòd nusquam aliàs tam torrens fretum nec so-

Vide Plin. lib. 83. ca. 5.

Et dehiscēdi argumētū. Plin.

Siculum marē.

lum citato impetu, verum etiam sæuô: neque experientibus modò terribile, verumetiam procul visentibus. Vndarum porrò inter se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes* verticibus in imū desidere, alias quasi victrices sublime ferri videas. Nunc hic fremitum feruentis æstus, nunc illic gemitum in voragine desidentis exaudias: Accedunt vicini, & perpetui Aetnæ montis ignes, & insularum Aeolidum, veluti ipsis undis alatur incendiū. Neq; enim in tam angustis terminis aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset, nisi & humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere: hinc latratus auditos, hinc monstri credita simulacra, dum nauigantes magnis verticibus pelagi desidentis exterriti, latrare putant undas, quas sorbētis æstus vorago collidit. Eadem causa etiam Aetnæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille cōcursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus, nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italiæ, Siciliæq; vicinitas, iam promontoriorum altitudo ipsa ita similis est, ut quantū, nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit, credētibus coeuntibus in se promōtoriis, ac rursum discedentibus solida intercipi, absumique nauigia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum, sed metu

*verticibus mergi ad imum.

Aeolides insulæ.

Scylla, & Charybdis vnde Eras. in Chil.

De Sicilia Thucy. li.

Angustiæ Siculi freti.

metu & admiratione transeuntium. Ea est enim procul inspicientibus natura loci, vt sinum maris, non transitum putes: quò cùm accesserit discedere ac seiungi promõtoria, quæ anteà iuncta fuerant, arbitrare. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit: præterea Sicania denominata est. Hæc à principio patria Cyclopum fuit: quibus extinctis, Aeolus regnum insulæ occupauit: post quem singulæ ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt, quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum cæterorum crudelitate certabat, cuius moderatio haud meliorem fructum tulit. Quippe decedẽs cum paruulos filios reliquisset, tutelámque eorum Micytho, spectatæ fidei seruo cõmisisset, tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit, vt parêre seruo, quam deserere regis filios mallent: principésque ciuitatis obliti dignitatis suæ, regni maiestatem administrari per seruum paterentur. Imperium Siciliæ etiam Carthaginienses tentauere, diúque varia victoria cum tyrannis dimicatum. Ad postremũ amisso Hamilcare imperatore cum exercitu, aliquantisper quieuere victi. Medio tempore cùm Rhegini discordia laborarent, ciuitásque per dissensionem diuisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Hamera vrbe in auxilium vocati pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & *mox cæsis, quibus tulerãt auxilium, vrbẽ cum*

A Thucydide, authore Plinio. Triquetra etiam dicta.

Anaxilaus exemplum iustitiæ & moderationis.

* Michillo

Vide infrà lib. 19.

Crudelitatis & perfidiæ exemplum.

* exinde

coniugibus & liberis sociorum occupauere, ausi facinus nulli tyranno comparandū: quippe vt Rheginis melius fuerat vinci quàm vicisse. Nā siue * victoribus captiuitatis iure seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuissēt, non tamen inter aras & patrios lares trucidati, crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis prædam reliquissent. Catanenses quoque cùm Syracusanos graues paterētur, diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniēsibus petiere: qui seu studio maioris imperij, quod Asiam Græciámq. penitus occuparant, seu metu factæ pridē à Syracusanis classis, ne Lacedæmoniis illæ vires accederent, Lamponium ducē cum classe in Siciliam misere, vt sub specie ferēdi Catanēsibus auxilij, tentarēt Siciliæ imperiū. Et quoniam prima initia frequēter cæsis hostibus prospera fuerāt, maiore denuo classe, & robustiore exercitu, Lachete & Cariade ducibus Siciliam petiuere: sed Catanenses siue metu Atheniēsium, siue tædio belli pacem cū Syracusanis, remissis Atheniensium auxiliis, fecerunt. Interiore deinde tēpore, cum fides pacis à Syracusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mittūt, qui sordida veste, capillo barbáq prolixis, & omni squaloris habitu ad misericordiam commouendam * acquisito, concionem deformes adeunt. Adduntur precibus lachrymæ, & ita misericordem populum supplices mouent, vt dam-

* autoribus

Sciciliense bellum, quo Atheniensium res sunt vehementer accisæ.

Thucy. li.

* accersita

narentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingens decernitur: creantur duces *Niceas, & Alcibiades, & Lamachus: tantisque viribus Sicilia repetitur, vt ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebãtur. Breui post tẽpore, reuocato ad reatũ Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Nicias & Lamachus faciunt: munitionibus deinde circundatis, hostes etiam marinis commeatibus in vrbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani, auxiliũ à Lacedæmoniis petierũt. Ab his mittitur Gilippus, solus quidẽ, sed in quo instar omnium auxiliorũ erat. Is audito genere belli iam inclinato statu, auxiliis partim in Græciã, partim in Siciliam misere contractis, opportuna bello loca occupat. Duobus inde præliis victus, cõgressus tertio, occiso Lamacho, et hostes in fugam compulit, & socios obsidione liberauit. Sed cùm Athenienses à bello terrestri in nauale se transtulissent, Cylippus classem à Lacedæmone cũ auxiliis accersit: quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedonta cum supplemẽto copiarũ mittũt. Peloponnesii quoque communi ciuitatum decreto ingẽtia Syracusanis auxilia misêre, & quasi Græciæ bellum Siciliam translatum esset, ita ex vtraque parte summis viribus dimicabatur. Prima igitur congressione naualis certaminis Athenienses vtuntur. Castra quo-

*Nicias, Thucyd. lib. 6.

Cylippus.

Demosthenes naualí pugnæ, vt Thucyd. lib. 7. narrat, nõ adfuit.

que

que cũ omni publica ac priuata pecunia mittũt. Super hac mala, cùm etiam terrestri prælio victi essent, tum Demosthenes censere cœpit, vt abirent Sicilia, dum res, quamuis afflicta, nondum tamen perdita forent, neque in bello malè auspicato amplius perseuerandum esse, domi grauiora & forsitan infeliciora bella esse, in qua reseruare hos vrbis apparatus opporteat. Nicias seu pudore male actæ rei seu metu destitutæ spei ciuium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur nauale prælium, & à nimia prioris fortunæ procella ad spem certaminis reuocantur: sed inscitia ducum, qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi facile vincuntur. Eurymedon dux in prima acie fortissimè dimicans, primus cadit: triginta naues, quibus præfuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias etiam ipsi victi, exercitum in terram deponũt, tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas centum triginta naues Cylippus inuasit: ipsosdeinde sequitur fugientes partim capit, cædit partim. Demosthenes amisso exercitu à captiuitate, gladio, & voluntaria morte se vindicat. Nicias autem ne Demosthenis quidem exemplo, vt sibi consuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

Hanc cladem miserrimam describit Thucid. in fi. li. 7.

Variãt autores de morte Demosthenis. Vide Plutar.

IVSTINI LIBER V.

Plutar. in Alcibiade hâc historiam copiose narrat. Festa Adonia appellat Plutarchus. Olympiadæ sacerdotes appellantur à Probo. Deuotionis exēplum in Pila lapidea incisū in publico positū fuit, Prob. *cupiditate Odium Græcorum In Athenienses.

*DVM Athenienses in Sicilia Bellum per biennium cupidius, quàm felicius gerunt, interim concitator & dux eius Alcibiades absens, Athenis insimulatur, mysteria Cereris, Initiorum sacra, nullo magis quàm silentio solennia enuntiauisse. Reuocatúsque à bello ad iudicium siue conscientiam siue indignitatem rei non ferens, tacitus in exilium Elidē profectus est. Inde vbi non damnatum se tantum, verum etiam dijs per omnium sacerdotum religiones deuotum cognouit, Lacedæmona se contulit: ibiq; regem Lacedæmoniorum impellit, turbatis Atheniensibus aduersō Siciliæ prælio vltro bellum inferre. Quo facto omnia Græciæ regna, velut ad extinguendum commune incendium, concurrunt. Tantum odium Athenienses immoderati imperij*crudelitate contraxerāt, Darius quoque rex Persarum memor paterni auitíq. in hāc vrbem odij, facta cū Lacedæmonijs per Tyssafernem, præfectum Lydiæ, societate, omnem sumptum belli pollicetur. Et erat hic quidem titulus cum Græcis coëundi re autem vera timebat, ne victis Atheniensibus ad se Lacedæmonij arma transferrent. Quis igitur miretur, tam florentes*

Athe-

Atheniensium opes *fuisse, cùm ad opprimendã unam urbem, totius Orientis vires concurrerẽt? Non tamen inerti, neque incruẽto cecidere bello, sed præliati ad ultimũ* victores etiam interdum consumpti magis fortunæ varietate, quàm victi sunt. Principio belli omnes etiam ab his socij desciuerũt, ut fit. QVO SE FORTVNA, EODEM ETIAM FAVOR HOMINVM INCLINAT. Alcibiades quoque motũ aduersus patriam bellũ non gregarij militis opera sed imperatoris virtutibus adiuuabat. Nempe acceptis quinque nauibus in Asiam contendit, & tributarias Atheniensium ciuitates autoritate nominis sui ad defensionẽ compellit. Sciebãt, enim domi clarum, nec exilio videbant factum minorẽ, nec tã ablatũ Atheniẽsibus ducẽ, quàm Lacedæmonijs traditum partáque cũ amissis imperia pensabant. Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plus inuidiæ, quã gratiæ cõtraxit. Itaque cùm principes velut æmulum gloriæ suæ interficiendũ insidijs mãdassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis, quã adulterio cognouerat, ad Tyssafernem præfectũ Darij regis profugit. Cui celeriter officij comitate, & obsequẽdi gratia *insinuauit. Erat enim & ætatis flore, & formæ veneratione, nec minùs eloquẽtia etiã inter Athenienses insignis: sed in reconciliãdis amicitiarũ studiis, quã in retinẽdis vir melior: q̃a morũ vitia sub umbra eloquẽtiæ

*tulisse.

*victoriæ

Traiectæ

Ioniam enim a societate auerterat. Timea uxor Agidis. *se insinuauit. A facilitate morum appellatur à Plutarcho Chamæleon.

primò latebant. Igitur persuadet Tyssaferni, ne tantum stipēdia classi Lacedæmoniorum præberet. Vocādos enim in portionem muneris Ionio, quorum pro libertate, cùm tributa Atheniensibus penderēt, bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis enixe Lacedæmonios iuuādos. Quippe memorem esse debere, alienam se victoriā, nō suā instruere, & catenus bellū sustinēdū, ne inopia deseratur. Nam regē Persarū dissentiētibus Græcis arbitrū pacis ac belli fore, & quos suis non possit ipsorū armis victurum: perfecto autem bello, statim ei cum victoribus dimicādum. Domesticis itaque bellis Græciam obterēdam, ne externis vacet, exequendásq; vires partium & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc victoriam Spartanos, qui vindices se libertatis Græciæ professi sunt. Grata oratio Tyssaferni fuit. Itaque commeatus malignè præbere, classem regiā nō totam mittere, ne aut victoriā totā daret, aut necessitatē deponēdi belli imponeret. Intereà Alcibiades hāc operā ciuibus vēdicabat: ad quē cùm legati Atheniensium venissent pollicetur his amicitiam regis si Respublica à populo translata ad Senatu foret, sperans, vt aut concordante ciuitate, dux belli ab omnibus legeretur, aut discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. Sed Atheniensibus imminente periculo belli, maior salutis, quā dignitatis cura fuit. Itáq. permit-

Alcibiadis vafrum & callidum ingenium

permittente populo, imperium ad Senatũ transfertur. Qui cum insita genti superbia crudeliter in plebem cõsuleret, singulis tyrannidis sibi potentiam vẽdicantibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, dúxq; classi cõstituitur. Statim igitur Athenas mittit ex cõtinenti se cũ exercitu vẽturũ, recepturúmq; à quadringentis iura populi ni ipsi redderẽt. Hac denunciatione optimates territi, primò vrbem prodere Lacedæmonijs tẽtauere: deinde cùm id nequiuissent, in exiliũ profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit, atq; ita in bellũ aduersus Lacedæmonios pergit. Iam* Zestromidarus & Pharnabazus, Lacedæmoniorũ duces, instructis nauibus expectabãt: prælio commisso, victoria penes Athenienses fuit. In eo bello maior pars exercitus, et omnes fermè hostium duces cæsi, naues LXXX. captæ: interiectis quoq; diebus cùm bellum Lacedæmonij à mari in terrã trãstulissent, iteratò vincuntur. His malis fracti, pacẽ petiere: quàm ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracusanorum auxilia illatum à Carthaginiensibus Siciliæ bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis Lacedæmonijs Alcibiades, cũ classe victrici, Asiam vastat, multis locis prælia facit, vbique victor, recipit ciuitates, quæ defecerãt, nõnullas capit, & imperio Atheniensiũ

* Mindarus.

xxx. naues habes. Plut.

Illustris victoria Atheniensiũ ad Cyzicum.

adiecit. Atque ita Prisca nauali gloria vendicata, adiecta et. a laude terrestris belli, desideratus ciuibus suis, Athenas reuertitur. Hu omnibus praliu ducētæ naues hostiū, & præda ingens capta ad hunc redeuntis exercitus triumphū, effusa omnis multitudo obuiam procedit, et vniuersos quidē milites, præcipue tamē, Alcibiadē mirātur. In hunc oculos ciuitas vniuersa in hunc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cælo missum, & vt ipsam victoriā contuentur, laudant quæ pro patria, nec minus admirātur, quæ exul contra gesserit excusantes ipsi iratum prouocatúmque fecisse. Enimuero tantū in vno viro fuisse momēti, vt maximis imperij subuersi, & rursum recepti autor esset: & vnde stetisset, eo se victoria transferret fierétque cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantùm, verumetiam & diuinis eum honoribus honorant, certant secum ipsi, vtrum contumeliosius eum expulerint, an reuocauerint honoratius. Ipsos illi deos gratulātes tulere obuiam, quorum execrationibus erat deuotus. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si queant, in cælo posuisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ illis aduersa pugna in ore est, sed Græcia victoria non classes per illum amissa. sed acquisita: nec Syracusarum, sed Ionia, Hellespontiq; memine-

Egregia descriptio reditus Alcibiadis exulis in patriam.

meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensam, nec fauorem studiis suorum exceptus est. Dum hæc aguntur à Lacedæmoniis, Lysander classi belloq; præficitur & in locum Tyssafernis Darius rex Persarum filium suum Cyrũ Ioniæ Lydiaq; præposuit: qui Lacedæmonios auxiliis opibusq; ad spẽ fortunæ prioris erexit. Auctis igitur viribus, Alcibiadẽ cũ centũ nauibus in Asiam profectum, dum agros longa pace diuites, securus populatur, & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet, repentino aduentu oppressere: tantaq; cædes palantium fuit, vt plus vulneris eo prælio Athenienses acciperent, quàm superioribus dederant: & tanta desperatio apud Athenẽses erat, vt ex cõtinenti Alcibiadem ducẽ Conone duce cõmutarent: arbitrantes victos se non fortuna belli, sed fraude imperatoris: apud quẽ plus prior offensa valuisset, quàm recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantùm, vt ostenderet hostibus quem ducem spreuissent, & vt carius eis ipsam victoriam vẽderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade, vigor ingenij, & vitiorũ amor, & morũ luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis impetũ, denuo in voluntarium exilium proficiscitur. Itaq; Conõ Alcibiadi suffectus, habẽs ante oculos, cui duci successisset, classem maxima industria adornat: sed nauibus exercitus deerat

Astuti & callidi imperatoris exemplũ, de quo vide Plutar.

In vitiis & virtutibus nihil fuit Alcibiade excellentius. Prob.

*fortißimis quibúsq; in Asiæ populatione amißis. Armãtur tamen senes, aut impuberes pueri, & numerus militũ sine exercitus robore expletur. Sed non magnã bello moram ætas fecit. Imbelles aut cæduntur paßim, aut fugientes capiuntur: tantáq; strages aut occisorũ, aut captiuorũ fuit, vt Atheniensiũ deletũ nõ imperiũ tantũ, verumetiam nomẽ videretur. Quo prælio perditis & desperatis rebus, ad tantã inopiam rediguntur, vt cõsumpta militari ætate peregrinis ciuitatẽ, seruis libertatẽ, damnatis impunitatẽ darent. Eáq; colluuione hominũ, domini antea Græciæ, conscriptio exercitu, vix libertatẽ tuebantur. Iterũ tamen fortunã maris experiendã decernunt. Tanta virtus animorum erat, vt cum paulò antè salutem desperauerint, nũc non desperẽt victoriã. Sed neq; his miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur. neq. eæ vires, quibus vincere cõsueuerãt: neq. ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra, cõtinuerãt. Itaq. omnes aut capti, aut occisi. cũ dux Conon eo prælio superfuisset, solus crudelitatẽ ciuiũ metuẽs, cũ octo nauibus ad regẽ Cypriũ cõtendit * Euagorã. At dux Lacedæmoniorũ rebus feliciter gestis fortunæ hostium insultat, captiuas naues cũ præda bellica, in triũphi modũ ornatas mittit Lacedæmonia, attributarias Atheniensium ciuitates, quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat, voluntarias recipit,*

Cædes Atheniensium.

Hanc pugnam egregiè describit Xenophon.

* Euagoras autem dux.

nec aliud ditioni Atheniensium, præter urbem reliquit. Quæ cuncta cum Athenis nuntiata essent, omnes relictis domibus, per urbem discurrere pauidi, alius alium sciscitari, autorem nuntij requirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus *imbecillus domi tenet, adeò ad omnem ætatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coëunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alij fratres, aut filios, aut parẽtes deflent, cognatos alij, alij amicos chariores cognatis, & cum priuatis casibus querelam publicã miscent. Iam seipsos, iam ipsam patriam perituram, miseriorémq; incolumium, quam amissorum fortunam indicantes: sibi quisque ante oculos obsidionem, famem, & superbum victorémque hostem proponentes: Iam ruinam vrbis & incendia, iã omnium captiuitatem & miserrimã seruitutem recordãtes: feliciores prorsus prioris vrbis ruinas ducẽtes, quæ incolumibus filijs parentibúsq; tectorum tantùm ruina taxata sint. Nunc autem non classem, in quam sicuti pridem, confugiant: superesse: non exercitum, cuius virtute seruati pulchriora possent mœnia extruere. Sic defletæ ac prope perditæ vrbi hostes superueniunt, & obsidione circundatos & obsessos fame vrgent. Sciebant enim neque ex aduectis copiis multum superesse, & ne noua aduehi possent prouideram: quibus malis Athenienses fracti post lon-

Trepidationis rhetorica descriptio.

* imbecillitas.

Epiphonema.

Obsidentur Athenæ à Lysandro & Agide.

gam

gam famem, & aßidua suorum funera, pacem petiuere: quæ an dari deberet, diu inter Spartanos, sociósque deliberatum. Cum multi delendū Atheniensium nomen, vrbémq. incendio consumendā censerent, negarunt se Spartani, ex duobus Græciæ oculis alterū eruturos pacem polliciti, si demissa Pyreū versum muri brachia deiecerint, nauésque quæ reliquæ forent, traderēt, resq; publica ex semetipsis XXX. rectores acciperet. In has leges traditā sibi vrbē Lacedæmonij formandam Lysandro tradiderunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum, & morte Darij regis Persarum & exsilio Dionysii Sicyliæ tyranni fuit. Mutato statu. Athenarum etiam ciuium cōditio mutatur. Rectores XXX. reipublicæ constituuntur, qui fiunt tyrāni: quippe à principio tria millia sibi satellitis statuit, quantum ex tot cladibus prope nec ciuium superfuerat, & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset septingentos milites à victoribus accipiunt. Cædes deinde ciuium ab Alcibiade auspicantur, ne iterum rempublicam sub obtentu liberationis inuaderet. Quem cùm profectum ad Artaxercē Persarum regem comperissent, citato itinere miserunt, qui eum interciperēt, à quibus occupatus, cùm occidi apertè non posset, viuus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est. Liberati hoc vltoris metu tyranni, miseras vrbis reliquias cædibus & rapinis

Athenienses Lacedemoniis se dedunt.

Alcibiadis interitus. Nō crematum Plutarchus scribit sed erupisse, & telorū copia obrutum.

*nis exhauriũt. Quod cùm displicere vni ex numero suo Therameni didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga, repletúrque Græcia Atheniensiũ exulibus, quod etiam ipsum auxilium vnicũ à miseris eripitur: nam Lacedæmoniorũ edicto: ciuitates exules recipere prohibebantur: omnes se Argos & Thebas cõtulere. ibi non solùm tutum exilium egerunt, verumetiam spem recuperandæ patriæ receperũt. Erat inter exules Trasibulus vir strenuus, & domi nobilis, qui audendũ aliquid pro patria, & pro salute communi, etiã, cum periculo, ratus, adunatis exulibus castellum Philen Atticorum finium occupat: nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserãtium fauor. Itaq. *eos Menias Thebanorũ princeps, etsi publicis non poterat, priuatis tamẽ *viribus adiuuabat. Et Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaque asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione *incuriùs pugnarẽtur, tyrãni vincũtur: victi in vrbem refugerunt, quam exhaustã cædibus suis, etiã armis spoliant. Deinde cùm omnes Athenienses proditionis suspectos haberẽt, demigrare eos ex vrbe iubẽt, & in brachiis muri, quæ diruta fuerãt, habitare, extraneis militibus imperiũ tuentes*

Trasibulus exemplũ pietatis erga patriã.

XXX. socij Trasibuli: Prob.

*& Hismenias

* auxiliis

præliũ aduersus tyrannos.

*securius

Trasibuli & Atheniensium victoria de tyrannis.

tuentes. Post hæc Thrasibulū corrūpere, imperij societatem pollicentes, conantur: quòd cùm non contigisset, auxilia à Lacedæmoniis petiuere. Quibus accitis, iteratò præliantur. In eo bello Critias & *Hippolochus omnium tyrannorum sæuissimi cadunt. Cæteris victis cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, magna voce Thrasibulus exclamat: Cur se victorem fugiant potius, quam vt vindicem communis libertatis adiuuent. Ciuiū illam meminerint aciem, non hostium esse: nec se ideo arma cepisse, vt aliqua victis adimat, sed vt adēpta restituat. xxx. se dominis, non ciuitati bellum inferre. Admonet deinde cognationis legum sacrorum communium: tū vetusti per tot bella & cōmilitij: erat, vt misereātur exulum ciuium: si tam patienter ipsi seruiant, reddant sibi patriam, accipiant libertatem. His vocibus tātum promotum est, vt reuersus in vrbem exercitus, xxx. tyrannos emigrare Eleusina iuberet, substitutis decem, qui rempub. regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viā crudelitatis aggressi sunt. Dum hæc agūtur nuntiatur Lacedæmone in bellum Athenienses exarsisse: ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur: qui misericordia exulis populi permotus patriā miseris ciuibus restituit & decem tyrannos ex vrbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cùm pax statuta esset inter-

*Hippomachus.

Extat apud Xenophō. hæc oratio.

Tyrāni vrbe pulsi.

X. prætores erant.

Pausanias Atheniēsibus ciuitatem resti-

iectis diebus repentè tyranni nō minus restitutos exules, quàm se in exiliū actos indignantur: quasi verò aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Atheniensibus inferūt: sed ad colloquiū veluti dominationē recepturi progressi, per insidias cōprehensi, vt pacis victima trucidantur: populus quem emigrare iusserant, in vrbem reuocatur. Atq; ita per multa membra ciuitas *diuisa, in vnum tandē corpus redigitur: & ne qua dissensio ex antè actis nasceretur, omnes iureiurando obstringuntur, discordiarum obliuionem fore. Interea Thebani, Corinthiíque legatos ad Lacedæmonios mittūt, qui ex manubiis portionē prædæ, cōmunis belli periculíq; peterēt. Quibus negatis, non quidem apertè bellum aduersus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tātam iram concipiunt, vt subesse bellum intelligi posset. Eodem ferè tempore Darius rex Persarū moritur. Artaxerxe & Cyro filiis relictis Regnum Artaxerxi. Cyro ciuitates, quarū præfectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudiciū patris iniuria videbatur. Itaq; occultè aduersus fratrem bellum parabat. Quòd cùm nuntiatum Artaxerxi esset, accersitum ad se fratrem, & innocentiam dissimulatione belli simulantem, cōpedibus aureis vinxit: interfecissétq; ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus, iam nō occultè bellum, sed palàm: nec per dissimulationē, sed aperta professione parere cœpit: auxilia vndique

* dissipata.

Ea fuit lex obliuionis

Darij mors.

Lydiam, & maritimas ciuitates. Plut.

Impiū bellum duorū fratrū Cyri & Artaxerxis.

dique contrahit. Lacedæmonij memores Athenienſi bello enixe ſe eius opera adiutos, velut ignorantes contra quem bellũ pararetur, decernunt auxilia Cyro mittẽda, vbi res eius exegiſſet, querẽtes & apud Cyrum gratiam & apud Artaxerxẽ ſi viciſſet, veniæ patrocinia, cùm nihil aduerſus eũ aperte decreuiſſent. Sed cùm in bello ſors prælij vtrũque fratrẽ pugnæ obtuliſſet. prior Artaxerxes *à fratre vulneratur: quẽ cùm equi fuga periculo ſubtraxiſſet, Cyrus à* Cyrus occiditur. *coborte regia oppreſſus, interficitur: ſic victor Artaxerxes, & præda fraterni belli, & exercitu potitur. In eo prælio x. millia Græcorũ in* Græcorum virtus. *auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu, in quo ſteterãt vicerũt: & poſt mortẽ Cyri: neq; armis à tãto exercitu vinci, neq; dolo capi potuerũt: reuertentéſque inter tot indomitas nationes, & barbaras gentes, per tãta itineris ſpatia virtute ſe vſque terminos patriæ defenderunt.*

IVSTINI LIBER VI.

Γνώμη. LACEDÆMONII *more ingenij humani, quò plura habent eò ampliora cupientes, non cõtenti acceſſione Athenienſium opum vires ſibi duplicatas, totius Aſiæ imperium affectare cæperunt: ſed maior pars ſub regno Perſarum*

rum erat. Itaque* Hercylides dux in hāc militiam electus, cùm videret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis, Pharnabazum & Tyssafernem, maximarum gentium viribus suç cinctos, dimicandū, pacificari cū altero statuit. Aptior visus Tyssafernes, vir & industria potior, & militibus Cyri quondam regis instructior, in colloquium vocatur: & statutis conditionibus, ab armis dimittitur. Hanc rē Pharnabazus apud cōmunem regē* criminatur ut Lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impensis regis aluerit, merceturque ab his ut differant bella, quæ gerant, tanquam non ad unius summam imperij detrimentum omne perueniat: indignum ait bellum non perfici, sed redimi: hostem pretio, nō armis summoueri. His vocibus regem Tyssaferni alienatum hortatur, ut in locū eius naualis belli ducē eligat Cononē Atheniēsē, qui amissa bello patria Cypro exulabat: quippe Atheniēsibus, etsi fracta sint opes, manere tamen naualē vsum: nec si eligendus sit ex vniuersis, meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis, iussus est Cononа classi præficere. His cognitis Lacedæmonij & ipsi à rege Ægypti Hercynionem in auxiliū naualis belli per legatos petūt, à quo centum triremes, & sexcentum millia modiorum frumenti missa; à cæteris quoque socijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exe-

* Dercylides.

*Misso de hac re legato Conone Aemil.

Conō dux Persarum contra Lacedæmonios.

ercitui, & contra tantum ducem deerat dignus Imperator. Itaque postulantibus sociis Agesilaum ducẽ, regem tunc Lacedamoniorum, propter respõsum oraculi Delphici, diu Lacedamonij, an eum summa rei praponerẽt deliberauerunt: quibus futurus imperij finis denuntiabatur, cum regium claudicasset imperium, erat enim pede claudus. Ad postremũ statuerũt melius esse incessu regẽ, quam imperio regnũ claudicare. Posteaquam Agesilaum cum ingẽtibus copiis in Asiam misere, nõ facilè dixerim, quòd aliud par ducum tam bene comparatum fuerit: quippe atas, virtus, consilium sapientia vtrique propè vna, gloria quoque rerum gestarum eadem: quibus cùm, paria omnia fortuna dederit, inuictum tamen ab altero vtrumque seruauit. Magnus igitur amborum apparatus belli, magna res gesta fuerunt. Sed Cononem, seditio militũ inuadit, quos prafecti regis fraudare stipendio soliti erant, eo cõstantius debita poscentibus quo grauiorem sub magno duce militiam prasumebãt, Itaque Conon diu rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu & colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet: agit tamen cum eo per internuntios, & queritur opulentissimi regis bella inopia delabi: & qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia vinci, quà prastat: inferiorémque eum ea parte virium inueniri,*

Oraculum de Agesilao, de quo Xenop. li. 3.

* distulerunt.

Agesilai & Cononis laus.

Persici reges adorãtur, quod προσκυνεῖν vocat plu-

niri. quã lõgè superior, si postulat dari sibi ministerium impensa, quia pluribus id mandari perniciosum sit. Dato stipendio ad classem remittitur, nec moram agendis rebus facit: multa fortiter: multa feliciter agit. Agros hostiles vastat, urbem expugnat, & quasi tempestas quædam, cuncta prosternit. Quibus rebus territi Lacedæmonij, ad patriæ subsidium reuocandum ab Asia Agesilaũ decernũt. Interim Lysander ab Agesilao proficiscente dux patriæ relictus, ingentem classem summis viribus instruit, fortunam belli tentaturus. Necnon & ipse Conon nũc primùm cum hostium exercitu concursus, magna cura suos ordinat. Summa igitur non tam ducum in eo prælio quàm militum æmulatio fuit. Nã ipse dux Conon non tam Persis, quam patriæ studebat: & sicuti afflictis Atheniensium rebus auctor amissæ dominationis fuerat, sic volebat idẽ haberi redditæ: patriámque vincendo recipere, quam victus amiserat: eo speciósius, quòd ne ipsorum quidem Atheniensium, sed alieni imperij viribus dimicet: & pugnaturus periculo regis, victurus præmio patriæ: gloriámq. diuersis artibus, quàm priores ciuitatis suæ duces cõsecutus. Quippe illos vincẽdo, Persas patriam defendisse: Persas victores faciendo, restituturum patriã esse. Porrò Lysander præter coniunctionem Agesilai, etiam virtutum æmulator erat, contendebátque, ne à rebus gestis eius & gloria

Dicũ cõmendacio.

Conon exemplum amoris & pietatis erga patriam.

Lysander

sponde re decederet, néue tot bellis ac seculis quæsitum imperium, breuissimi momenti culpa subuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat, quos maior solicitudo cruciabat, non tam ne ipsi quæsitas opes amitterent, quam vt pristinas Athenienses reciperent. Sed quantò maius prælium fuit, tanto & clarior victoria Cononis. Victi Lacedæmonij, fugam capessunt, præsidia hostium Athenas deducuntur, populo restituta dignitate cōditio seruilis eripitur: multæ quoque ciuitates recipiuntur. Hoc initium Atheniensibus resumendæ potentiæ, & Lacedæmonijs habendæ finis fuit. Nāque veluti cum imperio etiam virtutem perdidissent, contemni à finitimis cœpere. Primi igitur Thebani, auxiliātibus Atheniēsibus bellum his intulere, quæ ciuitas ex infimis incrementis, virtute Epaminondæ ducis, ad spem imperij Græciæ erecta est. Fit itaque terrestre prælium eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatū aduersus Cononem, nauali prælio fuerat. In eo bello Lysāder, quo duce Athenienses victi à Lacedæmonijs fuerāt, interficitur. Pausanias quoque alter dux Lacedæmoniorum proditionis accusatus, in exilium abiit. Igitur Thebani potiti victoria, vniuersum exercitum ad vrbem Lacedæmoniorum ducunt, facilem expugnationem rati, quoniam deserti à sociis omnibus erant, quod metuentes Lacedæmonij, regem suum Agesilaum ex Asia

Atheniēsibus victis Lacedæmoniis pristina restituitur dignitas.

Græcorum conspiratio aduersus Lacedæmonios: Lysandri interitus

Agesilaus reuocatur.

Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defensionem patriæ accersunt. Occiso enim Lysandro, nullius alterius fiduciam ducis habebant. Cuius quoniam serus aduentus, erat, conscripto exercitu, obuiam hosti procedunt. Sed victus aduersus paulò antè victores, nec animi, neque vires pares fuere. Prima igitur congressione funduntur. Deletis iam suorum copiis, superuenit rex Agesilaus, qui restituto prælio, non difficulter, recenti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoriam eripuit, ipse tamē grauiter sauciatur: Quibus rebus cognitis, Athenienses verentes ne iterum Lacedæmoniis victoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur, exercitum contrahunt, eúmque in auxilium Bœotiorum per Iphicratē, viginti quidem annos natum, sed magnæ indolis iuuenem, duci iubent. Huius adolescētis suprà ætatē virtus admirabilis fuit, nec vnquam ante eum Athenienses inter tot tantósque duces, aut spei maioris, aut indolis maturioris imperatorē habuerunt, in quo non imperatoriæ tantùm, verūetiam oratoriæ artes fuere. Conon quoque audito reditu Agesilai, & ipse ex Asia ad populandos Lacedæmoniorū agros reuertitur: atque ita vndique belli formidine circūstrepēte, clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastatis hostium terris, Athenas pergit: vbi magno ciuium gaudio exceptus,

Iphicratis Imperatoris egregij exemplū.

Cononis in patriam reditus.

plus tamen tristitiæ ipse & ex incensa, & diruta à Lacedæmoniis patria, quã lætitiæ, ex recuperata post tantum temporis, cepit. Itaque, quæ incensa fuerant, prædarum sumptu & exercitu Persarũ restituit: quæ diruta fuerãt, reficit Fatum illud Athenarũ fuit, vt antea à Persis crematæ, manubiis eorũ: & nunc à Lacedæmoniis dirutæ, expoliis Lacedæmoniorum restituerentur: versa quoque vice, nunc haberẽt socios, quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc paterentur: cum quibus iuncti tunc arctissimis societatis vinculis fuerãt Dum hæc agũtur, Artaxerxes rex Persarum legatos in Græciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum: ciuitatibus libertatẽ suáque omnia restituit: quod nõ Græciæ laboribus, assiduísque bellorum inter ciues odiis consulens fecit: sed ne occupato sibi Aegyptio bello, quod propter auxilia, aduersus præfectos suos Lacedæmoniis missa, susceperat, exercitus sui in Græcia detinerentur. Fessi igitur tot bellis Græci, cupidè paruêre. Hic annus non eo tantùm insignis fuit, quod repentè pax in tota Græcia facta est, sed etiã eò quòd eodẽ tempore vrbs Romana à Gallis capta est. Sed Lacedæmonij securi, insidiantur absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant occupatóque præsidium imponunt. Itaque armato instructóque exercitu, Arcades adhibitis in auxilium

Patriam refecit Conõ.

Epiphonema.

Roma quo tempore à Gallis capta.

lium Thebanis, amissa bello repetunt. In eo prælio Archidamus dux Lacedæmoniorum vulneratur: qui cùm cædi suos iã vt victos, videret, per præconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hæc est enim signum apud Græcos victoriæ traditæ. Qua confessione contenti Thebani signum parcendi dedere. *Post paucis diebus, neutris quicquam hostile facientibus, cùm quasi consensu tacito induciæ essent Lacedæmoniis, alia bella aduersus finitimos gerẽtibus, Thebani, Epaminonda duce, occupandæ vrbis eorum spem ceperũt. Igitur principio noctis, taciti Lacedæmona proficiscuntur: non tamen aggredi incautos potuerunt. Quippe senex, & cætera imbellis ætas, cùm aduentum hostium præsensissent, in ipsis portarum angustiis armati occurrunt: & aduersus quindecim millia militum, nõ amplius centum iam effœtæ ætatis viri, pugnæ se offerunt: Tantũ animorum viriúmque patriæ & penatũ conspectus subministrat: *tantóque præsentia, quàm recordatione sui maiores spiritus largiuntur. Nam vt viderũt intra quæ, & pro quibus starent, aut vincendum sibi, aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinuere senes aciem, cui par ante diem vniuersa iuuentus esse non potuit: In eo prælio duo duces hostiũ cecidere: cùm interim Agesilai aduentus nunciatur, Thebani recessere, nec bellũ diu dilatũ. Siquidem Spartanorũ iuuentus senum virtute &

* paucis deinde post dieb.

Spartanorũ senum virtus.

Epiphonema.

*tãque præsentia, quã recordationes suorũ maiorum spiritus.

Pugna apud Manticam Cic. lib. 5. epi.

gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continenti acie decerneret, cùm victoria Thebanarum esset. Et Epaminondas dum nō ducis tantùm, verumetiā fortißimi militis officio fungitur, grauiter vulneratur. Quo audito his ex dolore metus, & illis ex gaudio stupor inii itur, atq; ita veluti ex placito consensu à prælio disceditur. Post paucos deinde dies Epaminōdas decedit, cū quo vires quoq. reipub. ceciderūt. Nam sicuti telo, si primam aciem perfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo, velut mucrone teli ablato duce Thebanorum, reipublicæ vires hebetatæ sunt, vt non iam illum amisisse, quàm cum illo interiisse omnes viderētur. Nam neque ante hunc ducem vllum memorabile bellum gessere nec postea virtutibus, sed cladibus insignes fuere, vt manifestū sit, patriæ gloriam & natam & extinctā, cum eo fuisse. Fuit autem incertum, vir melior, an dux esset. nam & imperium non sibi semper, sed patriæ quæsiuit: & pecuniæ adeò parcus fuit, vt sumptus funeri defuerint. Gloriæ quoque non cupidior, quā pecuniæ: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt. Honoréśq. ita gessit, vt ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati videretur. Iam literarū studiū, iam philosophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato. Neque ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit. Nā

Thebanā rēpu. comparata menta tæ hastę. Vnus homo pluris quàm vniuersa ciuitas Prob.

Epaminondæ cōmendatio.

Cic. Tusc. 1.

vt

vt relatus in castra semianimis, vocē spiritúmque collegit, id vnum à circunstantibus requisiuit, Num cadenti sibi scutum ademisset hostis? quod vt seruatum audiuit, allatum velut laborum gloriæq; socium osculatus est. Iterum quæsiuit. Viri vicissent. vt audiuit Thebanos, Bene habere se rem, dixit; atque ita, velut gratulabūdus patriæ expirauit. Huius morte etiā Atheniensium virtus intercidit: siquidem amisso, cui æmulari consueuerant, in segnitiem, torporémq. resoluti, non, vt olim, in classem exercitúsq;, sed in dies festos, apparatúsq; ludorū reditus publicos effundunt, & cum * autoribus nobilissimis, poetísque theatra celebrant. frequentius scenā quàm castra visentes: versificatores, oratorésq. meliores, quàm duces laudantes. Tūc vectigal publicum, quo ante milites & remiges alebantur, cum vrbano populo diuidi cœptum est. Quibus rebus effectum est, vt inter otia Græcorū, sordidum & obscurum antea Macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses triennio Thebis habitus. Epaminondæ & Pelopidæ virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, & Asiæ ceruicibus, veluti iugum seruitutis, imponeret.

Simile est quod Liuius de Philopœmene narrat.

Atheniensiū virtus Epaminondæ morte eneruata:

* actoribus

Ludi Athenis instituti.

Ab alexādro fratre datus Orosius.

IVSTINI LIBER VII.

An. cccc. ab vrbe cōdita Tyrocinia intelligit.



ACEDONIA antè nomine Emathionis regis, cuius prima virtutis experimēta in illis locis extāt, Emathia cognominata est. Huius sicuti incremēta modica, ita termini peranguſti fuere. Populus Pelaſgi, & regio Bœotia dicebatur. Sed poſteà virtute regū, & gētis induſtria, ſubactis primò finitimis, mox populis, nationibuſq́ꝫ, imperium vſque ad extremos Oriētis terminos prolatū eſt. In regione Pæoniæ, quæ nunc portio eſt Macedoniæ, regnaſſe fertur Telegonus, pater Aſtriopæ, cuius Troiano bello inter clariſsimos vindices vrbis, nomē accepimus. Ex alio latere in Europa, Europis nomine regnum tenuit. Sed & *Caranus cum magna multitudine Græcorū ſedes in Macedonia reſpōſo oraculi iuſſus quærere, cū in Emathiā veniſſet, vrbē Edyſſam, nō ſentiētibus oppidanis, propter imbriū & nebulæ magnitudinē gregem caprarū imbrem fugientiū ſecutus, occupauit, reuocatúſque in memoriā oraculi, quo iuſſus erat, ducibus capris imperiū quærere, regni ſedē ſtatuit: religioſéq. poſteà obſeruauit, quocūq; agmen moueret, antè ſigna eaſdē capras habere, cœptorū duces habiturus, quas regni habuerat autores. Vrbem

De regibus Macedonum Herod. li. 7.

*Cranaus habet Euſebius.

Ridiculum Carani ſtratagema.

*bem Edissam ob memoriam numeris Aegeam, populum Aegyades vocauit. Pulso deinde Mida (nã is quoq; portionẽ Macedoniæ tenuit) aliisq; regibus pulsis, in locũ omniũ solus successit, primúsq; adunatis gẽtibus variorũ populorum, veluti vnũ corpus Macedoniæ fecit, crescẽtique regno valida incrementorum fundamenta cõstituit. Post hũc Perdiccas regnauit, cuius vita illustris, & mortis postrema veluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. siquidẽ senex moriẽs, * Argæo filio mõstrauit locũ, quo condi vellet, ibíque nõ sua tantũ, sed etiam succedentium sibi in regnũ ossa poni iussit: præfatus, quoad ibi cõdita posterorum reliquiæ forẽt, regnum in familia mãsurum: credúntq. hac superstitione extinctam in Alexandro stirpẽ, quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus moderatè, & cũ amore populi administrato regno, successorẽ filiũ Philippum reliquit, qui immatura morte raptus, Europum paruulum admodum instituit heredem. Sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus & Illyriis fuẽre: quorũ armis, veluti quotidiano exercitio, indurati, gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. Igitur Illyrii infantiam regis pupilli cõtemnentes, bello Macedonas aggrediuntur, qui prælio pulsi, rege suo in cunis prælato, & pugnæ ante aciem posito, acrius, certamen repetiuerunt: tanquam ideo victi fuissent antea, quod bellantibus sibi regis sui auspicia*

* Archeo Perdiccæ oraculum.

* Europam legit Euseb. Macedonibus bellica virtus vnde Macedones præsentia regis in fantis ad acrius prælium accẽduntur.

cia defuissent futuri vel propterea victores, quòd ex superstitione animũ vinciendi ceperãt simul & miseratio eos infantis tenebat, quem si victi forent, captiuũ de rege facturi videbantur. Cõserto itaque prælio, magna cæde Illyrios fudere, ostenderúntq. hostibus, suis priore bello regem Macedonibus, non virtutem defuisse. Huic Amyntas succedit, & propria virtute, & Alexãdri filij egregia indole insigniter clarus cui Alexandro tanta omnium virtutũ naturæ ornamenta extitere, ut etiam Olympio certamine vario ludicrorũ genere victor cõtenderit. Cùm interim Darius rex Persarum, turpi à Scythia fuga summotus, ne vbique deformis militiæ dãnu haberetur, mittit cum parte copiarum Magabazum, ad subigendã Thraciã, cæteráq. eius tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. Qui breui tẽpore executo regis imperio, legatis ad Amyntã regẽ Macedoniæ missis, obsides in pignus futuræ pacis sibi dari postulabat. Sed legati benignè excepti, inter epulas ebrietate crescente rogant Amyntam, ut apparatui epularũ adijciat ius familiaritatis, adhibitis in conuiuium suũ filiis & vxoribus & filiabus: id apud Persas haberi pignus ac fœdus hospitij. Qui ut venerunt, petulantius Persis eas contrectantibus, filius Amyntæ Alexander rogat patrẽ respectu ætatis ac grauitatis suæ abiret cõuiuio, pollicitus se hospitum

Interiecto, vt Eusebius habet, Alcetra.

Inter Pancratiastes Plutar.

De Darij fuga Herodot. lib. 4.

Alexandri factũ in legatos Per-

ſpituum * *tentaturum iocos. Quo digreſſo mulieres quoque paulum è conuiuio euocat, cultus exornaturus, gratioreſq. reducturus. In quarum locum matronali exornatos habitu iuuenes ſupponit, eoſq petulantiã legatorũ ferro, quod ſub veste gerebant, compeſcere iubet. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum legati nõ redirent, mittit eò cum exercitus parte Eubarem, vt in bellum facile & mediocre, dedignatus ipſe ire, ne dehoneſtaretur prælio tã fœdæ gentis. Sed Bubares ante bellum, amore filiæ Amyntæ captus, omiſſo bello, nuptias facit, depoſitiſq. hostilib⁹ animis, in affinitatis iura ſuccedit. Poſt diſceſſum à Macedonia Bubaris, Amyntas rex decedit, cuius filio & ſucceſſori Alexãdro cognatio Bubaris, nõ Darij tantum temporibus pacem præſtitit, verumetiam Xerxem conciliauit, adeò vt cùm Græciam, veluti tẽpeſtas quædã, occupaſſet, inter Olympum Hæmúmque montes totius regionis eũ imperio donauerit. Sed nec virtutẽ minus, q̃ à Perſa ſũ liberalitate regnũ ampliauit. Per ordinẽ deinde ſucceſſionis, regnum Macedoniæ ad Amyntam fratris eius* Menelai filium peruenit. Hic quoque inſignis induſtria, & omnibus imperatoriis virtutibus inſtructus fuit: qui ex Eurydice tres filios ſuſtulit, Alexandrum, Perdiccam, & Philippum, Alexãdri Magni Macedonis patrem, & filiam Euryonem. Ex Cy-*

*Malo pẽſatorum vel tempe- raturum.

Filiæ nomen erat Cygna.

Xerxis in Alexandrũ liberalitas.

*Archelai, Euſebius.

* Arideum legunt Euseb. & Oros.

Eurydice scelus.

gea autẽ Archelaum * Archideũ, Menelaum, qui cũ Illyriis, deinde cũ Olynthiis grauia bella gessit. Insidiis autem Eurydices vxoris, quæ nuptias generi pacta, occidendũ virũ, regnúmque adultero tradendum susceperat, occupatus fuisset, ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Functus itaque tot periculis, senex decessit, regno maximo ex filiis Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni, bellum ab Illyriis pacta mercede, & Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoq. tempore per eundem obsidem cum Thebanis gratiã pacis recõciliat: quæ res Philippo maxima incrementa egregiæ indolis dedit. Siquidem triennio Thebis obses habitus, prima pueritiæ rudimenta, in vrbe seueritatis antiquæ, & in domo Epaminondæ summi & Philosophi & Imperatoris deposuit. Nec multò pòst Alexander insidiis Eurydices matris appetitus occumbit, cui Amynthas in scelere deprehensæ, propter communes liberos, ignarus eisdẽ quandoque exitiosam fore, pepererat. Frater quoque eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus, libidinis causa liberos à matre vita priuatos, quam scelerum suorum supplicis liberorum contemplatio vindicauerat. Perdicæ hæc indignior cædes videbatur, quòd ei apud matrem misericordiam, nec paruulus quidem filius, conciliauerat. Itaque Philippus diu

Philippus obses bis datus Thebanis.

Exẽplum crudelitatis & impietatis maternæ erga liberos.

Epiphonema.

non se regem, sed tutorem pupilli egit. At vbi grauiora bella imminebant, serúmque auxilium in expectatione infanti erat, compulsus à populo, regnum suscepit. Vt est ingressus imperium, magna de illo spes omnib⁹ fuit, & propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum, & propter vetera Macedoniæ fata, quæ cecinerant, vno ex Amynthæ filiis regnante, florentissimum fore Macedoniæ statum: cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni cùm hinc cædes fratrum indigne peremptorum, inde hostium multitudo: hinc insidiarum metus, inde inopia continui belli, & exhausti regni immaturam ætatem tyrãnis vrgeret, belláque, veluti conspiratione quadam, ad opprimendam Macedoniam, multarum gentium ex diuersis locis vno tempore confluebant, quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, alia interposita pactione componit, alia redimit facilimus quibúsque aggressus: quorũ victoria & militum trepidos animos firmaret, & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias victis, metu belli grauioris, cùm interficere omnes posset, incolumes sine pretio dimisit. Post* hac, bello in Illyrios translato, multa millia hostium cadit. Vrbem nobilissimam Larissam capit, hinc Thessaliam, non prædæ cupiditate, sed quòd exercitui suo robur Thessalorum

Philippi post adeptum imperiũ gesta

Primũ bellũ Philippi cum Atheniẽsib.

*hos

Thessalorum equitum adiungere gestiebat, nihil minus quàm bellum metuentem, improuisus expugnat: vnúmque corpus equitũ pedestriumq́; copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus, Olympiada Neoptolemi regis Molossorum filiam, vxorem ducit, conciliante nuptias fratre patruele, * altore virginis* Arisba rege Molossorum, qui sororē Olympiadis Troadem in matrimonium habebat, quæ causa illi exitij, malorúmque omnium fuit. Nam dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturum se sperat, proprio regno ab eodē priuatus, in exilio consenuit. His ita gestis, Philippus iam non contentus summouere bella, vltrò etiam quietos lacessit. Cùm Methonam vrbem oppugnaret, in prætereuntem, de muris sagitta iactas dextrum oculum regis effodit. Quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior aduersus hostes factus est, adeò vt interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantùm, verumetiam mitis aduersus victos fuerit.*

* Euruche habet Orosius.
*tutore,
* Arymba.

Exemplum moderationis in Philippo

IVSTINI LIBER VIII.

Cõcordia paruæ res crescunt, discordia magnæ di- nuur.



RAECIÆ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt, imperiũ omnes perdiderũt. Quippe in mutuũ exitiũ sine modo ruentes, ab omnibus

victi

victa periere. Quid singula amitterent, non nisi oppressa senserunt. Siquidē Philippus rex Macedoniæ, veluti è specula quadā, libertati omniū insidiatus, dum contentiones ciuitatū alit, auxilium inferioribus ferendo victos pariter, victorésque subire regiam seruitutē coegit. Causa & origo huius mali Thebani fuere. Qui cum rerū potirentur, secundā fortunam imbecillo animo ferētes, victos armis Lacedamonios & Phocēses, quasi parua supplicia cædib. & rapinis luissent, apud commune Græciæ concilium superbè accusauerūt. Lacedæmoniis crimini datū, quòd arcem Thebanam induciarū tēpore occupassēt. Phocensibus, quod Bœotiam depopulati essent: prorsus quasi post arma & bellum, locum legibus reliquissent. cùm iudicium arbitrio victorū exerceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exolui non posset. Igitur Phocēses, quū agris, liberis, coniugibúsque priuarentur, desperatis rebus, Philomelo quodā duce, velut deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. Inde auro, & pecunia diuites, conducto mercenario milite, bellum Thebanis intulérūt. Factúmq; Phocēsium, tametsi omnes execrarētur: propter sacrilegiū plus tamē inuidiæ Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerāt, quā ipsis intulit: Itaque auxilia his & ab Atheniensibus, & à Lacedæmoniis missa. Prima igitur cōgressione *Philomelus Theba-

Vide Diodorum in Philippo.

* Philomenos

nos castris exuit. Sequenti prælio primus inter confertissimos dimicãs cecidit & sacrilegij pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux *Oenomanus creatur. *Aduersus quem Thebani Thessaliq; non ex ciuibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent, sed Philippum Macedoniæ regem, ducem eligunt, & externæ dominationi, quam in suis timuerunt, spõte succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij, non Thebanorũ vltor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet, atque ita veluti deo duce, in prælium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capessunt, pœnásque violatæ religionis sanguine & cædibus suis pendunt. Incredibile quantam ea res apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum vindicem sacrilegij, illum vltorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret, extitisse dignum. Itaque diis proximus habetur, per quem deorum maiestas vindicata sit. Sed Athenienses audito belli euentu, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarum pari ratione, sicut anteà aduenientibus Persis, occupauere: sed nequaquam simili aut virtute, aut causa. Siquidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hostium templa vindicaturi, nunc aduersus vindices templorum*

*Onomarchus, quidam Oenomaus, Stultum & imprudens Thebanorum consilium in eligẽdo externo duce. Philippi consiliũ de laureis córonis. Impietas punita.

Athenienses Thermopylas occupant.

plorum raptores defensuri: agúntq. se propugnatores sceleris, cuius turpe erat alios vindices fuisse: immemores prorsus, quòd in dubiis rebus suis, illi Deo, etiam consiliorum autore, usi fuerant: quòd illo duce tot bella victores, inierant, tot urbes auspicato condiderant, tantum imperium terra maríque quaesierant: quòd nihil sine maiestate numinis eius, aut priuatae unquam, aut publicae rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenua omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutísque formata, ut quid unde posthac. su. censere iure barbaris possint, non haberet. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit: quippe veluti timens, ne ab hostibus sacrilegij scelere vinceretur, ciuitates, quarũ paulò antè dux fuerat, quae sub auspiciis eius militauerãt, quae gratulatae illi sibiq. victoriam nactae fuerant, hostiliter occupatas diripuit. Coniuges liberosq. omnium sub corona vendidit, non deorum immortalium templis, non aedibus sacris, non diis penatibus publicis priuatísque ad quos paulò antè ingressus hospitaliter fuerat, pepercit, prorsus ut non tã sacrilegij ultor extitisse, quàm sacrilegiorum licentiam quaesisse videretur. Inde veluti rebus egregiè gestis, in Cappadociam traiicit: ubi bello pari perfidia gesto, captúsq; per dolũ & occisis finitimis regibus, vniuersam prouinciã imperio Macedoniae adiũgit. Deinde ad abolẽdã inui-

Epiphonema.

Perfidiae & impietatis exemplum in Philippo.

Haec egit ann. 25. tãquã iratus diis. Oro.

Veteratoris exemplum.

dia famam, qua insignis prater ceteros tũc temporis habebatur, per regna mittit, & opulentissimas ciuitates, & phana ac templa, qui opinionem ferrent regem, Philippum magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & phana & tẽpla facienda, & vt per pracones susceptores solicitarentur. Qui cum in Macedoniã venissent, varijs dilationibus frustrati, vim regiae maiestatis timentes, taciti, proficiscebantur.

Bellum Olyntiacum

Post hac Olynthois aggreditur. Receperãt, enim per misericordiam post cadem vnius, duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, veluti participes regni, interficere gestiebat. Ob hãc igitur causam vrbem antiquam & nobilem exscindit & fratres olim destinato supplicio tradit pradáq. ingenti pariter & parricidij voto fruitur.

* omnino

*Inde, quasi omnia, qua agitasset * animo, ei licerent auaritia in Thessalia, argenti metalla in Thracia, occupat. Et ne quod ius, vel fas inuiolatum pratermitteretur, piraticam quoque exercere instituit. His itaque gestis forte euenit, vt eum fratres duo reges Thracia, non contemplatione iustitiæ eius, sed inuicem metuentes, ne alterius viribus accederet, disceptationum suarum iudicem eligerẽt. Sed Philippus more ingenij sui, ad iudicium, veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu superuenit, regno vtrumque nõ iudicis more sed fraude latronis ac scelere spoliauit. Dũ hac agũtur,*

Philippi iniustitia

Etiam vita spoliatos, Prof. scripsit.

*legati Atheniensium petentes pacem ad eum venerunt. Quibus auditis, & ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit, ibíq. ex commodo vtrorúmq; pax facta. Ex ceteris quoque Græciæ ciuitatibus, non pacis amore, sed belli metu legationes venere. Siquidem crudescente ira *Thessali, Bœotiíq; orãt, vt professũ aduersus Phocenses ducem, Græciæ exhibeat, tanto odio Phocensium ardẽtes, vt obliti cladium suarum perire ipsi, quàm non perdere eos præoptarent: expertãq; Philippi crudelitatẽ pati, quam parcere hostibus suis mallent. Contrà Phocensium legati adhibitis Lacedæmoniis, & Atheniensibus, bellum deprecabantur: cuius ab eo dilationem ter iam emerant. Fœdum prorsus miserandúmq; spectaculum, Græciã etiam nunc & viribus, & dignitate orbis terrarum principem, regum certè gentiúmq. semper victricem & multarum adhuc vrbium dominam, alienis excubare sedibus: aut rogantem bellum, aut deprecantem, in alterius ope omnem spem posuisse: orbis terrarum vindices eousq; discordia sua ciuilibúsque bellis redactos, vt adulentur vltro sordidam paulò antè clientelæ suæ partem: & hoc potissimùm facere Thebanos, Lacedæmoniósq; antea inter se* imperij, nunc Græciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc, vindicatione gloriæ suæ, tantarum vrbium fastigium agitat, vtrique vires promittens, astutè.*

*Thebani.

Legati Phocensium.

Epiphonema à rei magnitudine.

*imperiũ agitantes

Phi. fraus & perfidia.

Secretò igitur auditis vtriusque legationibus, his veniam belli pollicetur, iureiurãdo adactis, responsum nemini proditurос: illis cõtra venturum se, auxiliumque laturum. Vtrósque vetat parare bellum, aut metuere. Sic variato respõso, securis omnibus, Thermopilarum angustias occupat. Tunc primum Phocéses, se captos fraude Philippi animaduertentes, trepidi ad arma cõfugiunt. Sed neque spatium erat instruẽdi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia, & Philippus excidiũ minabatur ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute, se dedunt. Sed pactio eius fidei fuit, cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur cæduntur passim, rapiuntúrque: non liberi parentibus, non coniuges maritis, non Deorum simulacra templis suis relinquuntur. Vnum tantum miseris solatium fuit, quòd cùm Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. Reuersus in regnum, vt pecora pastores nunc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traiiciunt, sic ille populos & vrbes: vt illi vel replenda, vel derelinquenda quæq; loca videbantur, ad libidinem suam transfert. Miserãda vbique facies, & excidio similis erat. Non quidem pauor ille hostilis, nec discursus per vrbem militum erat, non tumultus armorum, non bonorum atque hominum rapina: sed tacitus mæror & luctus, verentibus ne ipsæ lacrymæ pro-

Phocensium calamitas.

contu

contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa dolor, hinc altius dimissus, quò minus profiteri licet. Nunc sepulcra maiorum, nũc veteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in quibusque genuerant, considerabant, miserantes nunc vicem suam, quòd in eam diem vixissent: nunc filiorum, quòd nõ post eam diẽ nati essent. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit: alios in extremis regni terminis statuit, quosdam bello captos in supplementis vrbium diuidit. Atque ita ex multis gentibus nationibúsque vnum regnum populúmque constituit. Cõpositis ordinatísque Macedoniæ rebus, Dardanos, ceteróśq; finitimos fraude captos expugnat. Sed nec à proximis manus abstinet. Siquidem Arymbam regem Epiri, vxori suæ Olympiadi arctissima cognitione iunctũ, pellere regno statuit: atque Alexãdrum priuignũ eius, vxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis, in Macedoniam, nomine sororis, accersit, omníq; studio sollicitatum, in spem regni, simulato amore, ad stupri consuetudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue conscientiæ pudore, siue regni beneficio. Igitur cùm ad viginti annos peruenisset, ereptum Arymbæ regnum puero admodũ tradit, scelestus in vtroque. Nam nec in eo ius cognationis seruauit, cui ademit regnum: & eum cui dedit, impudicum fecit antè, quàm regem.

Γνώμη

Πάθος.

Exemplum impietatis erga cognatos.

In mercedem perpetrati stupri.
Orosius.

IVSTINI LIBER IX.

IN Græciam Philippus cum venisset, sollicitatus paucarum ciuitatũ direptione, & præda modicarũ vrbium quantæ opes vniuersarũ essent, animo prospiciẽs, bellũ toti Græciæ inferre statuit. Ad cuius emolumentum egregiè pertinere ratus si sibi *Byzantium, nobilẽ & maritimam vrbem, receptaculum terra marisq; copiis suis futurũ in potestatem redegisset. Eandẽ claudentẽ sibi portas obsidione cinxit. Hæc nãque vrbs cõdita primo à Pausania rege Spartanorũ, & per VII. annos possessa fuit. Deinde variante victoria, nunc Lacedæmoniorum, nũc Atheniensium iuris habita est. Quæ incerta possessio effecit, vt nemine quasi suam auxiliis iuuante, libertatem constantius tueretur. Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus, pecuniæ commercium de piratica mutuatur. Captis itaque centũ septuaginta nauibus mercium & distractis, anhelantẽ inopiam paululum recreauit. Deinde, ne vnius vrbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonẽsium vrbes expugnat. Filium Alexandrum, decem & octo annos natum: vt sub militia patris tirocinij rudimẽta depone

*Constantinopolis deinde dicta. Orosius.

Byzantiũ à quo conditum.

Piraticam exercet Philipp.

Prima Alexandri militia.

ad ponéret, ad se accessit. Scythiam quoq. prædandi causa profectus est, more negotiantiũ impẽsas belli alio bello refecturus. erat eo tempore rex Scytharũ * Matthæas, qui cũ bello Istrianorũ premeretur, auxiliũ à Philippo per Apolloniẽses petit, in successione eum regni Scythiæ adoptaturus: cùm interim Istrianorũ rex decedens, & metu belli, & auxiliorum necessitate Scythas soluit. Itaq. Matthæas remissis Macedonibus renunciari Philippo iubet. neq. auxiliũ eius se petiisse, neq. adoptionẽ mãdasse. Nã neq. vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent: neq. hæredem sibi incolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Matthæam mittit, impẽsæ obsidionis portionẽ petentes, ne inopia bellum deserere cogatur. Quod eo prõptius eum facere debere, quod missis à se in auxilium eius militibus ne sumptum quidẽ viæ, nõ modo officij pretia dederit. Matthæas inclementiam cæli & terræ sterilitatem causatus, quæ non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimenta exhibeat, respõdit nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expleat: & turpius putaret, paruo defungi, quam totum abnuere. Scythas autem virtute animi, & duritia corporis, nõ opibus censeri. Quibus derisus Philippus, soluta obsidione Byzanthij, Scythica bella aggreditur, præmissis legatis quo securiores faceret, qui nuntiẽt Matthææ dum Byzan-

* Et eas, Orosius legit.

Matthæas Scytharum rex.

Scythici belli causa & origo.

*tium obsidet, voluisse statuam Herculi: ad quã in ostio Istri ponendam se venire, pacatum accessum ad religionẽ deo petens, amicus ipse Scythis futurus. Ille si voto fungi velit, statuam sibi mitti iubet, nõ modò vt ponatur, verũ etiam vt inuiolata maneat, pollicetur. Exercitum autem fines ingredi, negat se passurum. Ac si inuitis Scythis statuam ponat, eo digresso, sublaturum, versuramque æs statuæ in aculeos sagittarum. His vtrinque irritatis animis prælium committitur. Quum virtute, & *numero præstarent Scythæ, astutia Philippi vincũtur. Viginti millia puerorum ac fœminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primũ fidès inopiæ Scythicæ fuit. Viginti millia nobiliũ equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. Sed reuertenti à Scythia, Triballi Philippo occurrunt: negant se transitum daturos, nisi portionem accipiant prædæ. Hinc iurgium, & mox prælium: in quo ita in fœmore vulneratus est Philippus, vt per corpus eius equus interficeretur. Cùm omnes occisum putarent, præda amissa est. Ita Scythica velut deuota spolia penè luctuosa Macedonibus fuere. Vbi verò ex vulnere primũ cõualuit, diu dissimulatũ bellum Athenienfibus infert. Quorum causa Thebani se iunxere, ne victis metuentes Atheniensibus, veluti vicinũ incẽdiũ belli ad se trãsiret. Facta igitur inter duas paulò ante infestissimas ci-*

*animo.

Victoria Philippi de Schythis.

Scythæ per bella fœminis vti malunt quoniam vrinã cursu non impedito redeunt. Plin, l. 8.

Prelium cum Tribunalis.

Bellum Atheniensibus à Philippo illatũ de quo Diodor.

nitates societate, legationibus Graciā fatigant. communem hostem putant communibus viribus summouendū: Neque enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerint, nisi omnem Graciam domuerit. Motæ quędam ciuitates Atheniensibus se iungunt: quasdam autem ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisso cùm Athenienses longè maiore militum numero præstarent, assiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur, non tamen immemores pristinæ gloriæ cecidere. Quippe aduersis vulneribus, omnes loca, quæ tuenda à ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt. Hic dies vniuersæ Græciæ, & gloriam dominationis, & vetustissimam libertatē finiit. Huius victoriæ callide dissimulata lætitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit, non in conuiuio risit, non ludos inter epulas adhibuit, nō coronas aut vnguenta sumpsit: & quantum in illo fuit, ita vicit, vt victorē nemo sentiret. Sed nec regem se Græciæ, sed ducem appellari iussit. Atque ita inter tacitam lætitiam, & dolorem hostium tēperauit, vt neque apud suos exultasse, neq. apud victos insultasse videretur. Atheniēsibus, quos passus infestissimos fuerat, & captiuos gratis remisit. & bello consumptorū corpora sepulturæ reddidit, reliquiasq. funerum, vt ad sepulchra maiorū deferrēt, vltro hortatus est. Super hac Alexandrum filiū cum amico Antipa

Philippi moderatio.

Hoc erat à monuo tributum exigere.

*Pulsos à ciuibus. in patriã restituit, legit Orosius.

Liberi dicti exemplum Epiphonema.

Conuentus Græcorum in Corinth.

*Quid si legas, pro

*tipatro, qui pacem cum his, amicitiamque iungeret, Athenas misit. Thebanorum porro non solum captiuos, verum etiam interfectorum sepulturam vendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit, alios in exilium redegit, bonáque omnium occupauit: * pulsos deinde per iniuriã in patriam restituit. Ex horum numero CCC. exules iudices, rectoréſque ciuitati dedit: Apud quos cùm potentissimi quinque rei eius ipsius criminis postularentur, quod per iniuriã se in exilium egissent huius constantiæ fuerunt, vt omnes se autores faterentur, meliúsque cum republica actum cum damnati essent, quam cùm restituti contẽderent. Mira prorsus audacia de iudicibus vitæ necisque suæ, quemadmodum possunt, sentẽtiam ferunt, contemnúntque absolutionem, quã n dare inimici possunt. Et quoniam rebus nequeunt, vlcisci, verbis vsurpant libertatem. Compositis in Græcia rebus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerũ præsentium statum, euocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem vniuersæ Græciæ pro meritis singulorum ciuitatum statuit, conciliúmque omnium veluti vnum senatum ex omnibus elegit. Soli Lacedæmonij & legem & regem contempserunt, seruitutem, non pacem rati, quæ non ipsis ciuitatibus conueniret, sed à victore ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur, siue adiuuandus ea manu

rex

rex, oppugnante aliquo foret. seu duce illo bellum inferendum: Neque enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum ducenta millia peditum fuere, & equitum quindecim millia Extra hanc summam & Macedonia exercitus erat, & c.nfinis domitarum gentium barbaries. Initio veris tres duces in Asiam Persarum iuris præmittit, Parmenionē, Amyntam, & Attalum, cuius sororem nuper, expulsa Alexandri matre Olympiade, propter stupri suspicionem, in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia à Græcia coeunt nuptias Cleopatræ filiæ, & Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum, & collocantis filiam & uxorem ducentis, apparatibus insignis. Sed nec ludorū magnificētia deerat: ad quorum spectaculum Philippus cùm sine custodibus medius inter duos Alexandros, filium generúmque* concederet. Pausanias nobilis ex Macedonibus, nemini suspectus adolescens, occupatum angustiis Philippum in transitu obtruncat: diémque lætitiæ destinatum, fœdum luctu funeris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum per iniuriā passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc etiam fœditas accesserat. Nam perductum in conuiuio, solutū nque mero Attalus, non suæ tantum, verùm & cōuiuarum libidini, velut scortum vile subie

Apparatus bellicus in Persas.

Olympia ob stupri suspicionē pulsa.

* contenderat.

Philippus obtrūcatur

Philippus trucidatur à Pausania satellit., ob Attali libidinem nō puniā. Diodorus paulò aliter narrat.

subiecerat, ludibriumq. omnium inter eo æquales reddiderat. Hanc rem ægrè ferēs Pausanias querelam Philippo sæpe detulerat. Cùm variis frustrationibus non sine risu differretur, & honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret, iram in ipsum Philippum vertit, vltionémque, quàm aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam immensum ab Olympiade matre Alexandri fuisse, nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse. Quippe non minùs Olympiadem, repudiū & prælatam sibi Cleopatram, quàm stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque regni æmulū fratrem ex nouerca susceptū timuisse, eóque actum, vt in conuiuio anteà primùm cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret, adeò vt etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit, ægréque filij cæde amicorum precibus exoratus. Quamobrem, Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre; inde ad regem Illyriorum contulerat, vixque reuocanti mitigatus est patri, precibúsq. cognatorum ægrè redire compulsus. Olympias quoque fratrem suum Alexandrum, Epiri regem in bellum subornabat, perniciſſetque ni filiæ nuptiis pater generum occupaſſet. His stimulis iratum * vtrique Pausaniam de impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus impulisse creduntur, Olympias certe fugienti percussori, equos quoque

Alexander cum matre suspectus de parricidio.

Plu. in Alexandro.

* vtique

que præparatos habuit. Ipsa deindè audita regis nece, cùm titulo officij ad exequias eadem nocte cucurrisset, in cruce pendentis Pausaniæ capiti, eadem nocte qua venit, coronam auream imponit: quod nemo alius audere, nisi hæc, superstite Philippi filio, potuisset. Paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit, & tumulum ei eodem fecit in loco, parentaríque eidem quotannis, incussa populo superstitione, curauit. Post hæc Cleopatrā à qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius prius filia interfecta, finire vitam suspendio coëgit: spectaculóque pendentis vltione potita est, ad quam per parricidiū festinauerat. Nouissimè gladium illum, quò rex percussus est Apollini sub nomine Myrtalis consecrauit. Hoc enim nomen antè Olympiades paruula fuit. Quæ omnia ita palàm facta sunt, vt timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum nō probaretur. Decessit Philippus XL. & VII. annorum, cùm annis XXV. regnasset. Genuit ex Larissæa saltatrice filium Arideum, qui post Alexandrū regnauit. Habuit & multos alios filios ex varijs matrimonijs, regio more, susceptos, qui partim fato, partim ferro periere. Fuit rex armorum, quàm conuiuiorum apparatibus studiosior, cui maximæ opes erant instrumenta bellorum diuitiarum quæstus, quàm custodia solertior. Itaq. inter quotidianas rapinas semper

Olympiadis crudelitas.

Quo tempore decesserit & quādiu regnauit. Philippus.

Philippi mores & ingenium. Eiusdem eloquentia.

inops erat. Misericordia in eo & perfidia pari iure dilecta, nulla apud eũ turpis ratio vincendi, blãdus pariter, & in gratia offensam simulare: insidiosus alloquio: qui plura promitteret, quã præstaret: in seria & iocos artifex: Amicitias vtilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio, instruere inter cõcordantes odia, apud vtrumq. gratiam quærere, solennis illi consuetudo. Inter hæc eloquẽtia, & insignis oratio acuminis & solertiæ plena, vt nec ornatui facilitas, nec facilitati intentionum deesset ornatus. Huic Alexander successit, & virtute & vitiis patre maior. Itaq. vincendi ratio vtrique diuersa: Hic aperta vi, ille artibus bella tractabat: Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis: Prudentior ille cõsilio, hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare plerumq; & vincere, hic vbi exarsisset, nec dilatio vltionis, nec modus erat. Vini nimis vterque auidus sed ebrietatis diuersa vitia. Patri mos erat & de conuiuio in hostẽ procurrere, manum cõserere, periculis se temere offerre: Alexander nõ in hostem, sed in suos sæuiebat. Quamobrẽ Philippum sæpe vulneratum prælia remisere: hic amicorum interfector conuiuio frequenter excessit, Regnare ille cum amicis volebat hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui Literarum cultus vtrinque similis. Solertiæ pater maioris, hic fidei. Verbis atque

Comparatio Philippi & Alexandri.

otatione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi victis filio animus & promptior & honestior, ille nec sociis abstinebat. Frugalitati pater, luxuriae filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater fecit, *operis totius gloriam filius consummauit.* *iecit.

IVSTINI LIBER X.



RTAXERXI regi Persarum ex pellicibus CXV *filii fuere, sed tres tantùm iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, et Ochus. Ex his Dariũ contra morẽ Persarũ, apud quos rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater regem viuus fecit, nihil sibi ablatum existimãs, quod in filium contulisset, syncerum gaudiũ ex procreatione capturum, si insignia maiestatis sua viuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paterna pietatis exempla, interficiẽdi patris cõsiliũ cepit. Sceleratus fuisset, si solus parricidium cogitasset: tanto sceleratior, quòd in societatẽ facinoris, assumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. Ostẽti prorsus genus, vbi in tanto populo non solum sociari, verumetiã sileri parricidiũ potuit, vt ex L. libris nemo inuentus sit, quẽ aut paterna maiestas, aut veneratio senis, aut indul-*

Quarum CLX habuit Plut. Agẽte Dario annũ 30.

Paternæ indulgentię exemplum.

Cõsilia interficiendi patris.

Ochum agitasse per Atossam scribit per.

gentia patris, à tanta immanitate reuocaret. Adeóne vile paternū nomē, apud tot numero filios fuit, vt quorū præsidio tutus etiā aduersus hostes esse debuerat, eorū insidiis circumuētus, tutior ab hostibus, quā à filiis fuerit. Causa parricidij sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mētio suprà habita est, Aspasiam pellicē eius rex Artaxerxes in matrimoniū receperat. Hanc patrem cedere sibi si. ut regnū Darius postulauerat: qui pro indulgentia sua in liberos, primò facturum se dixerat: mox pœnitētia ductus, vt honestè negaret, quod temerè promiserat, Solis eā sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primò patris erupit: mox facta cū fratribus cōiuratione, dum patri insidias parat, deprehensus cum sociis, pœnas parricidij, dis paternæ maiestatis vltoribus, dedit. Coniuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigiū tanti sceleris extaret, interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit, Rex quàm pater felicior. Hæreditas regni Ocho tradita, qui timens parem coniurationē, regiam cognatorum cæde & strage principum replet: nulla, non sanguinis, non sexus, nō ætatis misericordia permotus: scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur, atque ita veluti purificato regno, bellū Armeniis infert. In eo cum aduersus*

Epiphonema.

*credere.

Dianæ & Bataniæ, quā Anetim vocant præfecti, Plut. scribit.

Natus annos 94.

Qui cognominatus est Artaxerxes Euseb.

prouocatorem hostium Codomanus quidam cũ omnium fauore processisset, hoste caeso, victoriã suis pariter, & prope amissam gloriam restituit. Ob hac decora idẽ Codomanus praeficitur. Armeniis. Interiecto deinde tempore, post mortem Ochi regis ob memoriam pristinae virtutis rex à populo cõstituitur, Darij nomine, ne quid regiae mai stati deesset honoratus: bellúmque cum Alexandro Magno, diu variãte fortuna, magna virtute gessit. Postremò victus ab Alexandro, & à cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finiuit.

Codomanus ob suã virtutem, Persarũ rex electus & Darius dictus Diodorus paulò aliter.

IVSTINI LIBER XI.

IN exercitu Philippi sicuti variae gẽtes erant, ita eo occiso diuersi motus animorũ fuere. Alij quippe iniusta seruitute oppressi, ad spem libertatis erigebãt: alij taedio longinquae militiae remissam sibi expeditionem gaudebant: nõnulli facem nuptiis filiae accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoque, tam subita mutatione rerum, haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc prouocatam Asiam nũc Europam nodum perdomitam, nunc Illyrios & Thracas, & Dardanos, caeterásq; barbaras

Ann. vrb. cõdit. 526. Tumultus post Philippi mortem in castris.

gentes fidei dubiæ, & mentis infidæ. Qui omnes populi, si pariter deficiãt, resisti nullo modo posse. His rebus, veluti medela quadam, interuentus Alexandri fuit: qui pro cõcione, ita vulgus omne consolatus, hortatúsque pro tempore est, ut & metum timentibus demeret, & in spẽ cũs omnes impelleret. Erat hic annos XX. natus: in qua ætate ita moderatè de se multa pollicit⁹ est, ut appareret plura eum experimẽtis reseruare. Macedonibus immunitatem cũctarum rerum, præter militiæ vacationẽ dedit: quo facto tantum sibi fauorem omnium cõciliauit, ut corpus hominis, non virtutem regis mutasse se dicerẽt. Prima illi cura paternarum exequiarum fuit: In quibus ante omnia, cædis conscios ad tumulum patris occidi iussit soli Alexandro Lyncistarum fratri pepercit, seruans in eo auspicium dignitatis suæ: Nam regem eũ primus salutauerat, Aemulum quoque imperij Caranũ fratrem ex nouerca susceptum, interfici curauit. Inter initia multas gentes rebellantes cõpescuit. Oriẽtes nonnullas seditiones extinxit. Quibus rebus erectus, tacito gradu in Græciam contendit: ubi exemplo patris Corinthum *euocatus, ciuitatibus dux in locum eius substituitur. Inchoatum deinde à patre Persicum bellum aggreditur, in cuius apparatu occupato, nuntiatur, Athenienses Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas defecisse, auctorémque eius defectionis ma-

Alexandri ætas & indoles.

Vltio paternæ cædis.

Caranus interficitur.

*euocatis ciuit.

guo auri pondere à Persis corruptū Demosthenem oratorem extitisse, qui Macedonum deletas omnes cum rege copias à Triballis affirmauerit, producto in concionem auth re, qui in eo prælio, in quo rex ceciderat, se quoque vulneratum diceret. Qua opinione mutatos omnium ferme ciuitatem animos esse præsidia Macedonum obsideri. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo, paratóque exercitu Græciam oppressit, vt quem venire non senserant, videre se vix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorúmque Philippi patris, maternæq; suæ cum his ab Aeacidarum gente necessitudinis admonuerat. Cupidè hæc Thessalis audientibus, exemplo patris dux vniuersæ gentis creatus erat, & vectigalia omnia, reditúsq; suos ei tradiderant. Sed Athenienses, sicuti primi defecerunt, ita primi pœnitere cœperūt, contemptum hostis in admirationem conuertentes, pueritiámq; Alexandri spretam anteà, supra virtutem veterum ducum extollentes. Missis itaque legatis bellum deprecantur. Quibus auditis, & grauiter increpatis, Alexāder bellū remisit. Inde Thebas exercitum conuertit, eadē indulgentia vsurus, si parem pœnitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione vsi sunt. Itáq; victi grauissima quæque supplicia miserrimæ captiuitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio vrbis delibe-

Demosthenes his defectionis autor.

Alexandri celeritas.

Demosthenes Alexādrum puerum vocabat.

Vincuntur Thebani ab Alexādro.

raretur, Phocenses, & Plateēses, & Thespienses, & Orchomenij, Alexandri socij victoriaque participes excidium vrbium suarum, crudelitatemq; Thebanorū referebant, studia in Persas non præsentia tantùm, verum etiam & vetera aduersus Græciæ libertatē increpātes. Quā obrem * *odium eos omnium populorum esse, vel ex eo manifestari posse, quod iureiurando se omnes obstrinxerint, vt victis Persis Thebas diruerent. Adiciunt & scelerum priorum fabulas, quibus omnes scenas repleuerant, vt nō præsenti tantum perfidia, verum & vetere infamia inuisi forēt. Tūc Eleadas vnus ex captiuis data potestate dicendi, nō à rege se defecisse, quē interfectū audierāt, sed à regis heredibus, quicquid in eo sit admissum, crudelitatis nō perfidiæ culpam esse, cuius tamen iam magna se supplicia perpendisse. Deleta iuuētute, nunc senū fœminarūq; sicuti infirmum, ita innoxium restare vulgus, ipsumque stupris contumeliisq. ita vexatum esse, vt nihil amarius vnquam sint passi nec iam pro ciuibus se, qui tam pauci remanserint, orare: sed pro innoxia patriæ solo, & pro vrbe, quæ non viros tantùm, verum etiam deos genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, vnde originem gens Aeacidarum trahat: actáq. Thebis à patre eius Philippo pueritia, rogat, vrbi parcāt quæ maiores eius partē apud se genitos deos adoret*

* Odio Græcorum in Thebanos odium

Eleadæ ad Alexandrū oratio.

adorit, partim educatos summa maiestatis reges viderit. Sed potentior fuit ira; quàm preces. Itaque urbs diruitur, agri inter victores diuidũtur, captiui sub corona venduntur, quorum pretium non ex ementium cõmodo, sed ex inimicorum odio extenditur. Miserãda res Atheniẽsibus visa. Itaque portas refugiis profugorum cõtra interdictum regis aperuere. Quam rem ita grauiter tulit Alexander, vt secunda legationẽ denuo bellum deprecãtibus, ita demum remisit; vt oratores & duces, quorum fiducia toties rebellent sibi dedãtur: paratísque Atheniẽsibus, ne cogantur subire bellum, eo res deducta est, vt retentis oratoribus, duces in exilium agerentur: qui ex continenti ad Darium profecti, nõ mediocre momentum Persarum viribus accessere. Proficiscẽs ad Persicum bellum omnes nouercæ suæ cognatos, quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum prouehens, imperiis præfecerat, interfecit. sed nec suis, qui apti regno videbantur, pepercit, ne qua materiã seditionis, procul se agente, in Macedonia remaneret: & reges stipendiarios conspectioris ingenij, ad commilitium secum trahit, seniores ad tutelam regni relinquit. Adunato deinde exercitu naues onerat: unde conspecta Asia, incredibili ardore montis accensus, duodecim aras deorum in belli vota statuit. Patrimonium omne suum, quod in Macedonia, Europáque habebat, amicis

Excidium Thebanorum XXX. M. numero venditi: pepercit tamen Pindari stirpi Plut.

Vide Apologum de canibus, ouibus, & lupo, apud Plut.

Alexandri in cognatos crudelitas.

Iouis Herculi & mineruæ sunt aræ sacratę in ripa Pirami. Q. Curtius.

diuidit, sibi Asiā sufficere præfatus. Priusquam ulla nauis litore excederet, hostias cadit, petens victoriam bello, qua toties à Persis petita Græcia ultor relictus sit: quibus longa iam satis & matura imperia contigisse, quorúmque tempus esset vices excipere melius acturos. Sed neq; exercitus eius alia, quàm regis animorum præsumptio fuit. Quippe obliti omnes coniugum liberorumq., & lōginqua à domo militia, Persicū aurum & totius Orientis opes, iam quasi suā prædam ducebant: nec belli periculorum, sed diuitiarum meminerant. Cùm delati in continentē essent, primus Alexander iaculum velut in hostilem terram iecit, armatúsque de naui tripudianti similis prosiluit. atq ita hostias cedit precatus, ne se regem illæ terra inuitæ accipiant.

Hoc erat ferialium iure defungi, vide Macr.

**Inibi quóq. ad tumulos eorū, qui Troiano bello cecidetant, parentauit: Inde hostem petēs, milites à populatione Asiæ prohibuit. parcendum suis rebus præfatus, nec perdenda ea, quæ possessuri venerant. In exercitu eius fuere peditum XXX. duo millia equitum quatuor millia quingenti, naues centū XXXII. Hac tā parua manu uniuersum terrarū orbem vtrum sit admirabilius vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est: cùm ad tam periculosum bellum exercitum legerit, nō iuuenes robustos, nec primò flore ætatis sed veteranos, plerosque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre, patruísque militauerant, elegit,*

*In Ilio quoque.

Exercitus & militum Alexandri descriptio.

gis, vt non tam milites, quàm magistros mil tiæ electos putares. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: vt si principia castrorum cerneres, senatum te alicuius priscæ reip. videre diceres, itaque nemo in prælio fugam, sed victoriã cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis fuit. Contrà rex Persarũ Darius, fiducia virium inflatus agere, affirmans suis occulta consilia victoriæ furtiuæ non conuenire, nec hostem à regni finibus arcere. sed in intimũ regnum accipere: gloriosius ratus repellere bellum, quàm non admittere Prima igitur congressio in campis Adrastiis fuit. In acie Persarum sexcenta millia militum fuere, quæ non minus arte Alexandri, quàm virtute Macedonũ superata, terga verterũt. Magna itaq. cædes Persarum fuit. De exercitu Alexandri nouẽ p. dites, centum XX. equites cecidere, quos rex impẽsè ad cæterorum solatia humanos, statuis equestribus donauit, cognatísque eorum immunitates dedit. Post victoriam maior pars Asiæ ad eum defecit. Gessit & plura bella cũ præfectis Darij, quos iam nõ tã armis, quàm terrore nominis sui vicit. Dũ hæc aguntur, interim indicio captiui ad eum defertur, insidias ei ab Alexãdro Lyncistarum genero Antipatri, qui præpositus Macedoniæ erat, parari: Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eum habuit. Post hæc

Persarum exercitus X. millia equitũ, peditum C. millia, vt refert Diod.

XXXI pedites D. saucios, equites CL interiectos, Q. Curtius scribis.

* Gordium * *Gordij vrbē petit, quæ posita est inter Phrygiam maiorem & minorem: cuius vrbis potiūda non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quòd audiuerat in ea vrbe in templo Iouis*

Gordij plaustrum

iugum plaustri Gordij positum, cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula cecinisse. Huius rei causa & origo

Digressio de Gordij historia.

illa fuit: Gordius cū in his regionibus bobus cōductis araret, aues eū omnis generis circumuolare cœperunt: profectus ad consulendos augures vicinæ vrbis, obuiam in porta habuit virginem eximiæ pulchritudinis: percunctatúsque eam, quem potißimùm augurem consuleret: Illa audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, regnum ei portendi, respōdit: pollicetúrque se & matrimonij & spei sociam. Tam pulchra conditio, prima regni felicitas videbatur. Post nuptias inter Phrygas orta seditio est. Consulentibus de fine discordiarum, oracula responderunt, regi discordiis opus esse. Iteratò quærentibus de persona regis, iubentur eum regem obseruare, quem reuersi primum in tēplum Iouis eundem plaustro reperissent. Obuius illis Gordius fuit, statímque eum regem consalutāt: ille plaustrum, quo vehenti regnum delatū fuerat, in templo Iouis positum, maiestati consecrauit regiæ. Post hunc filius Mida regnauit, qui

Mida.

ab Orpheo sacrorum solennibus initiatus, Phrygiam religionibus impleuit, quibus tutior omni

vita,

vita, quàm armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cùm in templum Iouis venisset, iugum plaustri requisiuit: quo exhibito, cum capi à loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo vsus, gladio loramenta cadit: atque ita resolutis nexibus, latētia in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nuntiatur, Dariū cum ingenti exercitu aduētare. Itaque timēs angustias magna celeritate. Taurum transcendit, in qua festinatione quingenta stadia cursu fecit. Cū Tarsum venisset, captus Cydni fluminis amœnitate per mediam urbem influentis, proiectis armis, plenus pulueris ac sudoris in præfrigidam nudū undam se proiecit. Tū repēte tātus neruos eius occupauit rigor, ut interclusa voce non spes modo remedij, sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis nomine Philippus, qui solus remediū polliceretur: sed & ipsum Parmenionis pridie à Cappadocia missæ epistola suspectū faciebāt, qui gnarus infirmitatis Alexādri, scripserat, à Philippo medico ut caueret: Nam corruptū illū à Dario ingenti pecunia esse. Tutius tamē esse ratus, dubiæ se fidei medici credere, quàm indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo, epistolas medico tradidit, atque ita inter bibendum oculos in vultum legentis intendit. Vt securum conspexit, lætior factus est, sanitatémque quarta die recepit. Igitur Darius cum CCC. millibus*

Redit ad historiam.

Gordius ille nodus, abiit in Prouerbium.

Alexandri celeritas in occupādis Pylis, de quibus Curtius.

*ignarus.

Darii copię ad illum.

millibus peditum. & centum millibus equitum in aciem procedit. Mouebat hac multitudo hostium, respectu paucitatis suæ, Alexandrũ sed interdũ reputabat, quantas res cum ista paucitate gessisset, quantosque populos fudisset. Itaq. cũ spes metum vinceret, periculosius differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret, circũuectus suos, singulas gẽtes diuersa oratione alloquitur. Illyrios & Thracas opum ac diuitiarũ ostentatione, Græcos veterũ bellorũ memoria, æternique cum Persis odij accendebat. Macedones autem nunc Europæ victa admonet, nunc Asiæ expetita, nec inuẽtas illis toto orbe pares vires gloriatur. Cæterùm & laborũ finem hũc, & gloriæ cumulum fore. Atque inter hæc identidem consistere aciem iubet, vt hac mora cõsuescant oculis turbam hostium sustinere. Nec Darij segnis opera in ordinanda acie fuit. Quippe omissis ducum officiis ipse omnia circumire, singulos hortari, veteris gloriæ Persarũ, imperiiq; perpetuæ à diis immortalibus datæ possessionis admonere. Post hæc prælium ingentibus animis committitur. In eò vterque rex vulneratur: tandiu certamen anceps fuit, quoad fugeret Darius. Exinde cædes Persarum secuta est. Cæsa sunt peditum vnũ & sexaginta millia equitum decem millia, capta quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidere pedestres CXXX. equites CL. In castris Persarum multum au-

Oratio Alexãdri ad milites.

Alexandri dextrum femur leuiter perstrictũ Q. Curt.

ri, cæterarúmque opum inuentum. Inter captiuos castrorũ, mater, & uxor, eadémq. soror, & filiæ duæ Darij fuere. Ad quas visẽdas hortãdasq́; cũ Alexander venisset, conspectis armatis inuicẽ se complexæ, velut statim moritura, comploratione ediderunt. Prouolutæ deinde genibus Alexandri, non vitam, sed ut Darij corpus sepeliant, dilatione mortis deprecantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander, & Dariũ viuere dixit, & timentibus, mortis metũ dimisit, easq. haberi & salutari, ut reginas præcepit. Filias quoque nõ sordidius dignitate patris sperare matrimoniũ iussit. Post hæc opes Darij, diuitiarúmque apparatum cõtemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primùm luxuriosa conuiuia, & magnificentiam epularum sectari, tũc* Marsinem captiuam diligere, propter formæ pulchritudinem, cœpit. A qua postea susceptum puerũ Herculẽ vocauit. Memor tamen adhuc Darium viuere, Parmenionem ad occupandam Persicam classem, aliósque amicos ad recipiẽdas Asiæ ciuitates misit: quæ statim, audita fama victoriæ ipsius: Darij præfectis cũ auri magno pondere tradentibus se, in potestatem victorum venerunt. Tunc in Syriam proficiscitur: ubi obuios cum infulis multos reges Oriẽtis habuit. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit, aliis regnũ ademit, suffectis in loca eorum nouis regibus.*

Matri Darij nomen Sisigambis fuit.

*mortem

Clementiæ & moderationis exemplum in Alexandro.

*Barsenem

Quæ circa Hierosolymã gesserit Alexãder, refert Iosephus.

Ius-

Insignis præter cæteros fuit * *Abartomius, rex ab Alexandro Sidonia constitutus. Quē Alexāder cùm operā ablocare ad puteos exhauriendos, hortósq. irrigandos solitus esset, miserè vitam* * *exhibentem regem fecerat, spretis nobilibus ne generis id non dantis, beneficium putarēt. Tyriorū ciuitas, cùm coronam auream magni pōderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset gratè munere accepto, Tyrum se ire velle ad vota Herculi reddenda, dixit. Cū legati rectius id eum in Tiro vetere, & antiquiore tēplo facturū dicerēt, inde deprecātes eius introitum, ita exarsit, vt vrbi excidiū minaretur: cōfestimq; exercitu insulæ applicato, nō minùs animosis Tyriis fiducia Carthaginiēsium, bello excipitur. Augebat enim Tyriis animos Didonis exemplum, quæ Carthagine cōdita, tertiā partem orbis quæsisset, turpe ducentes, si fœminis suis pl⁹ animi fuisset in imperio quærendo, quàm sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli ætate Carthaginem, & accersitis mox auxiliis, nō magno post tempore per proditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander, Aegyptū, Ciliciámque sine certamine recepit. Ad Iouem deinde Hammonē pergit, consulturus & de euentu futurorum, & de origine sua. Nanq. mater eius Olympias confessa viro suo Philippo fuerat. Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse.*

* Abdolominus.

* exigētem

Erat hæc extra vrbē in sede quā Palæty: on vocāt. Q. Cur. li. 4.

Septimo post mēse, quam est cœpta oppugnari Q. Curt.

Deni

Denique Philippus vltimo propè vitæ suæ tempore filium suum non esse palàm prædicauerat. Qua ex causa Olympiada, velut stupri compertam repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat Antistites, quid sibi respōderi velit. Ingredientē templum statim Antistites, vt Hammonis filium salutant. Ille lætus dei adoptione, hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde, an omnes interfectores patris sui sit vltus: respondent patrem eius nec posse interfici, nec mori, regis Philippi peractam plenè vltionem esse. Tertiam interrogationem poscenti, victoriam omniū bellorum, possessionémque terrarum dari respondent. Comitibus quoque suis responsum, vt Alexandrum pro Deo, non pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia, mirúsque animo increuit tumor, exempta comitate, quam & Græcorum literis, & Macedonum institutis didicerat: Reuersus ab Hammone Alexandriam condidit, & coloniam Macedonum caput esse Aegypti iubet. Darius cùm Babyloniam perfugisset per epistolas Alexandrum deprecatur, redimendarum sibi captiuarum potestatem faciat, inque eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in pretium captiuarum regnum omne, non pecuniam petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darij Alexandro redduntur,*

Alexander Iouis filius appellatur.

Nam illa⸗dem, vna cum pugione, semper sub puluino habebat. Plutarc.

*Inter paludem & mare. Q. Curt.

duntur quibus filiæ matrimoniũ & regni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, iis itque supplicem venire, & regni arbitria victori permittere. Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat. CCCC. millibus peditum & centum millibus equitum obuiam vadit Alexandro. In itinere nuntiatur vxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiúsque mortem illacrymatũ Alexandrum, exequiásque benignè prosecutum, idq; eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. Nam semel eam tantùm Alexandro visam esse, cùm matrem, paruulásque filias eius frequenter consolaretur. Tum Darius se ratus verè victũ, cum post tot prælia, & beneficiis ab hoste superaretur, gratúmque sibi esse si vincere nequeat, quòd à tali potissimum vinceretur. scribit itaque & tertias epistolas, & gratias agit, quod nihil in suos hostile fecerit. Offert deinde maiorem partem regni vsque ad flumen Euphratem, & alteram filiam vxorem pro reliquis captiuis triginta millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarũ actionem ab hoste superuacaneam esse respõdit, nec à se quicquam factum in hostis adulationem nec q in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret: sed animi magnitudine qua didicerit aduersus vires hostium, non aduersus calamitates contendere: pollicetúrque se præstaturum ea Dario, si secundum sibi, non par

Alexandri humanitas.

Ad hoc enim quis non velit ense mori

Alexandri magnanimitas.

haberi

haberi velit. Ceterùm neque mundum posse duobus solibus regi, neque orbẽ summa duo regna saluo statu terrarum habere. Proinde aut deditionem eadem die, aut in posteram aciem pater, & nec polliceatur sibi aliã, quàm sit expertus victoriam. Postera die aciem producũt, cùm repente, ante prælium, cõfectum curis Alexãdrum somnus arripuit. Cùm ad pugnã solus rex deesset, à Parmenione ægre excitatus, quærentibus somni causas omnibus inter pericula, cùm etiam in otio semper parcior fuerit, magno se metu liberatum ait, somnumq; sibi à repentina securitate datum, quòd liceat cum omnibus Darij copiis cõfligere, veritum se longam belli moram, si Persæ exercitum diuisissent. Ante prælium vtraque acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinẽ armorúmque pulchritudinem mirabantur: Persæ autem à tam paucis victa suorum tot millia stupebant. Sed nec duces circumire suos singulos cessabãt. Darius vix denis armatis singulos hostes, si diuisio fieret, euenire dicebat. Alexãder Macedonas monebat, ne multitudine hostium, ne corporis magnitudine, vel coloris nouitate mouerentur: tantùm meminisse iubet, cùm iisdem se tertiò pugnare, nec meliores factos putarent fuga, cùm in aciem secum tam tristem memoriam cædium suarũ, & tantum sanguinis de duobus præliis fusi ferrent: &

Solibus duobus mundum regi non posse.

Alexandri somnus.

Alexandri ad suos oratio.

quemadmodum Dario maiorem turbam hominum esse, sic virium sibi hortatur, spernant illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ quàm periculi sit, cùm victoria non ornamentorum decore, sed ferri virtute quæratur. Post hæc prælium committitur. Macedones in ferrum cum contemptu toties à se victi hostis ruebant, contrà Persæ mori quàm vinci præoptabant. Raro etiam vllo prælio tantum sanguinis fusum est. Darius cùm vinci suos videret, voluit mori & ipse: sed à proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdã, vt pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum includeretur, non ita saluti suæ velle consultum ait, vt tot millia sociorum hostibus obÿciat, debere & aliis fugæ viam patere, quæ patuerit sibi. Alexander autem periculosissima quæque egrediebatur: & vbi confertissimos hostes acerrimè pugnare conspexisset, eò se semper ingerebat, * periculosáque sua esse, non militem volebat. Hoc prælio Asiæ imperium rapuit, quinto post acceptum regnum anno, cuius felicitas tanta fuit, vt post hoc nemo rebellare etiam ausus sit, patienterque Persæ post imperium tot annorum, iugum seruitutis acceperunt. Donatis refectísq; militibus, XXXIII. continuis diebus prædam cognoscit. In vrbe deinde causa XL. millia talẽtorum inuenit. Expugnat & Persepolim caput Persici regni vrbẽ multis

Alexandri virtus.

* pericula'que.

XXXIII. vt Orosius alii XL.

annis illustrem refertámque orbis terrarum spoliis, quæ interitu eius primum apparuerunt. Inter hæc DCCC. *admodum Græci occurrunt Alexandro qui pœnam captiuitatis truncata parte corporũ tulerant, rogantes, vt sicuti Græciam, se quoque ab hostiu crudelitate vindicaret. Data potestate redeũdi, agros recipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus, quàm detestandum sui conspectum reportarent. Interea Darius in gratiam victoris à cognatis suis aureis compedibus, catenísq; in vico Parthorum Tanea vincitur. Credo ita diis immortalibus vindicantibus, vt in terra eorum, qui successuri imperio erant, Persarum regnum finiretur. Alexander quoque citato cursu postera die superuenit, ibique cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. Iusso itaque exercitu subsequi, cum* VII. *millibus equitũ fugientem insequitur: in itinere multa & periculosa prælia fecit. Emensus deinde multa millia passuum, cùm nullũ Darij indiciũ reperisset, respirandi equis data potestate, vnus ex militibus, dum ad fontẽ proximũ pergit, in vehiculo Darium multis quidẽ vulneribus cõfossum, sed spirantẽ adhuc inuenit: qui applicito captiuo, cum ciuem ex voce cognouisset, id saltem præsentis fortunæ solatiũ se habere dixit, quòd apud intellecturum locuturus esset, nec in cassum postremas voces emissurus. Perferri hæc Alexandro*

Miserabile spectaculũ.

A Besso, A Nabarzane, vt Q. Cur. scribit.

Sordidis pellibus.

Polystrato ei nomen fuit. Plut.

Mandata Darij iam morientis Ad Alexãdrum.

iubet, se nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori, quòd in matre liberísq; suis regium eius non hostilem animum expertus, feliciúsque hostē, quàm cognatos sortitus sit: quippe qui matri ac liberis suis ab eodem hoste vitam datam, sibi à cognatis ereptam, quibus & vitā & regna dederit. Quamobrem gratiam illi eam futuram, quam ipse victor volet. Alexandro referre se, quam solum moriens potest gratiam, precari superûm & inferûm numina, & regales deos, vt illi terrarum omnium victori contingat imperium, pro se iustam magis, quàm grauem sepulturæ veniā orare. Quod ad vltionem pertineat, iam non suam, sed exempli, communémq; omnium regum esse causam, quàm negligere, illi & indecorū esse, & periculosum: quippe cùm in altero iustitiæ eius, in altero etiā vtilitatis causa versetur. In quám rem vnicum pignus fidei regiæ dexteram se ferendam. Alexādro dare. Post hæc porrecta manu expirauit. Quæ vbi Alexandro nuntiata sunt, viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lacrymis prosecutus est, corpúsque regio more sepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

Ea enim fidei sacra est. Plin. lib. 11.

IVSTINI LIBER XII.



LEXANDER in persequendo Dario, amissos milites magnis funerũ impensis extulit, reliquis expeditionis eius socijs XV. millia talentorũ diuisit. Equorũ maior pars æstu amissa, inutilésq. etiam, qui superfuerãt, facti. Pecunia omnis CLIIII. millia talentorum ex victoria nuper congesta, eiq. Parmenio præficitur. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatri à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopyrionis præfecti eius in Scythia continebatur. Quibus variè affectus, plus tamẽ lætitiæ cognitis moribus duorũ æmulorum regũ, quàm doloris amissi cum Zopyrione exercitus suscepit. Namque post profectionem Alexãdri, Græcia fermè omnis in occasionẽ recuperãdæ libertatũ, ad arma concurrerat, autoritatem Lacedæmoniorum sequuta, qui Philippi, Alexandríque pacem soli spreuerant, & leges respuerãt. Dux huius belli, Agis, rex Lacedæmoniorum fuerat, quem motum Antipater contractis militibus, in ipso ortu oppreßit. *magna tamen vtrinque cædes fuit. Agis rex cùm suos terga dãtes videret, dimißis satellitibus, vt Ale-

Motus & bella in Macedonia.

* Cecidere Lacedęmoniorũ V. M. & CCCLX. Macedonũ CCC. Curt. li

xandro si non felicitate par virtute non inferior videretur, tantas strages hostium edidit, vt agmina interdũ fugaret. Ad extremũ etsi à multitudine victus, gloria tamẽ omnes vicit. Porrò Alexander rex Epiri, in Italiam à Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecãtibus sollicitatus ita cupidè profectus fuerat, vt in diuisione orbis terrarũ, Alexãdro Olympiadis sororis suæ filio, Oriẽs, & sibi Occidẽs sorte contigisset: non minorem rerũ materiam in Italia, Africa, Siciliáq;, quam ille in Asia & in Persis habiturus. Huc accedebat, vt sicut Alexandro magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic respõsum Dodonæi Iouis vrbẽ Pãdosiã, amnẽq; Acherusiũ prædixerãt. Quæ vtráq; cùm in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse ad declinanda fatorũ pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cùm in Italiam venisset, primum illi bellum cum Appulis fuit: quorũ cognito vrbis fato, breui post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat namque tunc tẽporis vrbs Appulis Brundusiũ, quam Aetoli sequuti, fama rerum in Troia gestarum, clarißimum ac nobilißimũ ducem Diomedem, condiderant. Sed pulsi ab Appulis, consulentes oracula, responsum acceperant, locum quem reperissent, perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa, per legatos sub belli comminatione, restitui sibi ab Appulis vrbem postulauerant,

Brundusium conditum ab Aetolis.

rāt. Sed vbi Appulis oraculum innotuit, interfectos legatos in vrbe sepeliunt, perpetuo ibi sedem habituros. Atq; ita defuncti responsa diu vrbem possederūt. Quod cùm factum cognouisset Alexander Epiri, antiquitatis fata veneratus, bello Appulorum abstinuit. Gessit & cum Brutiis Lucanisque bellū, multásq; vrbes cepit: tū & cū Metapontinis: ac Rutilis, & Romanis fœdus, amicitiámq. fecit. Sed Brutij, Lucaniq; cùm auxilia à finitimis cōtraxissent, acrius bellum repetiuere. Ibi rex iuxta vrbem Pādosiam & flumen* Acherusium, non prius fatalis loci cognito nomine, quàm occiderit, interficitur: Moriénsq; non in patria fuisse sibi periculosam mortē, propter quā patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Tyrij publicè redēptum, sepulturæ tradiderunt. Dū hæc aguntur in Italia, Zopyrion quoq; præfectus Ponti ab Alexādro magno relictus, *ociosum se ratus, se nihil ipse gessisset, adunato XXX. millium militum exercitu, Scytis bellum intulit. Cæsus cum omnibus copiis, pœnas temerè illati belli genti innoxiæ luit. Hæc cùm nunciata in Parthiam Alexādro essent, simulato mœrore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo triduo luctū indixit. Omnib⁹ deinde velut Darij morte, perpetrato bello, reditū in patriam expectantibus, coniuges & liberos suos animo iam quodāmodo cōplectētibus, ad concionem exercitum vocat. Ibi

*Acherontia Liuius 8. 1 ab vrbe condit.

*otiosum

Alexandri oratio ad milites, quos in patriam profecturos retinet.

nihil actum tot egregiis prælijs ait, si incolumis Orientalis barbaries relinquatur: Nec se corpus, sed regnum Darij petisse, persequendósque esse eos, qui à regno defecerint. Hac oratione, veluti ex integro incitatis militū animis, Hyrcaniam, Mardósq; subegit. Ibi ei occurrit Thalestris, siue Minithea Amazonum regina, *cum CCC. millibus mulierum, XXV. dierum inter infestissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quæsitura: cuius conspectus aduentúsque admirationi fuit, & propter insolitum fœminis habitum, & propter expetitum concubitum. Ob hoc *XXX. diebus otio datis à rege, ut visa est uterum implesse, discessit. Post hæc Alexander habitum regum Persarum, & diadema, insolitum antea in regibus Macedonicis, velut in leges eorum quos vicerat, transiret, assumit. Quæ ne inuidiosius in se uno cōspicerentur, amicos quoque suos longam vestem auream purpureámque sumere iubet, ut luxum quoque sicuti cultum imitaretur Persarum. Inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis, nobilitatisq; noctium vices diuidit. His rebus ingentes epularum apparatus adiicit, ne ieiuna & destructa luxuria videretur. Conuiuium quoque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat immemor prorsus, tantas opes amitti his moribus, non quæri solere. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat, illum

* Forte, CCC. mulieribus: ita enim in vetusto codice legitur.

* xiii.

Conuiuiorum satietatem ludis interpolat. Curt. lib. 6.

illum à Philippo patre tantũ degenerauisse, vt etiam patriæ nomen euitaret, moréſque Perſarum aſſumeret, quos propter tales mores vicerat. Sed ne ſolus vitiis eorũ, quos armis ſubegerat, ſuccubuiſſe videretur, militibus quoque ſuis permiſit, ſi quarum captiuarum cõſuetudine tenerẽtur, ducere vxores: exiſtimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram, habentibus in caſtris imaginem quandam larium, ac domeſticæ ſedis, ſimul & laborem militiæ molliorem fore dulcedine vxorum. In ſupplementa quoque militum minus exhauriri poſſe Macedoniam, ſi veteranis patribus tyrones ſuccederẽt, militaturi in vallo, in quo nati eſſent: conſtantiorésque futuri, ſi non ſolùm tyrocinia, verum etiam incunabula in ipſis caſtris poſuiſſent: quæ conſuetudo in ſucceſſores quoq; Alexandri manſit. Igitur & alimenta pueris ſtatuta, & inſtrumenta armorum, equorúmque iuuenibus data, & patribus pro numero filiorum præmia ſtatuta. Si quorum patres occidiſſent, nihilominus pupilli ſtipendia patrum trahebant, quorum pueritia inter varias expeditiones militia erat. Itaque à paruula ætate periculis laboribúſque indurati, inuicti exercitus fuere: neque caſtra aliter, quàm patriam: neque pugnam aliud vnquam, quàm victoriam duxere. Hæc ſoboles nomen habuit Epigoni. Parthis deinde domitis, præfectus his ſtatuitur, ex nobiliſſimis

Andragoras à quo Persarum reges originem ducunt.
Alexandri crudelitas.

*Persarum Andragoras, unde postea originem Parthorū reges habuerunt. Interea Alexāder non regio, sed hostili odio sæuire in suos cœpit: Maximè indignabatur carpi sermonibus suorum patris Philippi, patriæq; mores subuertisse. Propter quæ crimina, Parmenion quoque senex dignitate regi proximus, cum Philota filio de vtroque prius quæstionibus habitis, interficiuntur. Fremere itaq omnes vniuersis castris cœpere, innoxij senis, filijq; casum miserātes, interdum se quoque nō debere melius sperare dicentes. Quæ cum nunciata Alexādro essent, verens, ne hæc opinio etiā in Macedoniam diuulgaretur, & ne victoriæ gloria sæuitiæ macula offuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victoriarum nuntios missurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem, propter militiam remotiorem. Datos fasces epistolarum ad se tacitè deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, in vnam cohortem eos, qui de rege durius opinatī fuerant, contribuit, aut consumpturus eos, aut in vltimis terris in colonias distributurus. Inde Dracas, Euergetes, Parymas, *Parpamenos, Hydaspios, cæterósq; populos, qui in radice Caucasi morabātur subegit. Interea vnus ex amicis Darij Bessus, vinctus perducitur, qui regem nō solùm prodiderat verumetiam interfecerat. Quem in vltionem perfidiæ, excruciandū fratri*

* Paropamissadas. Exathres, nomē fratris fuit. Plutar.

tri

tri Darij tradidit, reputans non tam hostem fuisse Darium, quam amicum à quo esset occisus. Et vrbis tenus nomē relinqueret, vrbē Alexandriam super amnem Tanaim cōdidit, intra diem septimumdecimum muro VI. millium passuum consummato, translatis eo trium ciuitatum populis, quas Cyrus cōdiderat. In Bactrianis quoque Sogdianisq; XII. vrbes condidit, distributis his, quoscunque in exercitu seditiosos habebat. His ita gestis, solēni die amicos in cōniuiū vocat. Vbi orta inter ebrios rerū à Philippo gestarum mentione, praeferre se patri ipse rerumq; suarum magnitudinem extollere caelo tenus cœpit, assentante maiore cōniuarum parte. Itaque cùm vnus ex senibus Clytus, ductus fiducia amicitiae regiae, cuius palmam tenebat, memoriam Philippi tueretur, laudaretque eius res gestas, adeò regem offendit, vt telo à satellite rapto, eundem in conuiuio trucidauerit. Qua caede exultans, mortuo patrocinium Philippi, laudemq; paternae militiae obiectabat. Postquàm satiatus caede animus quieuit, & in locum irae successit existimatio, modò personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tā iracūdè accepisset, quàm nec conuiuio debuisset amicumq; senem, & innoxium, à se occisum inter epulas & pocula, dolebat. Eodē igitur furore in pœnitētiam, quo pridē in irā versus, mori voluit.

De supplicij genere quo Bessus affectus fuerit, variè autores scribunt.

Clitus ab Alex. occiditur.

Impotens & immoderatus in Alexādro animus.

Primum

Primùm in fletus progressus, amplecti mortuũ, vulnera tractare, & quasi audienti confiteri dementiam: arreptum telum in se vertit: peregisséq. facinus, ni amici interuenissent. Mansit hæc voluntas moriendi etiã sequentibus diebus. Accesserat enim ad pœnitentiam, nutricis suæ, & sororis Clyti recordatio, cuius absentis eum maximè pudebat, tã fœdam illi alimentorũ suorum mercedem redditam, vt in cuius manibus pueritiã egerat, huic iuuenis, & victor pro beneficiis funera remitteret. Reputabat deinde quantum in exercitu suo quantum apud gentes deuictas fabularum, atque inuidiæ, quantum apud cæteros amicos metum: & odium sui fecerit: quàm amarum & triste reddiderit conuiuium suum: non armatus in acie, quàm in conuiuio sedens terribilior. Tunc Parmenion, & Philotas tunc Amynthas consobrinus, tunc nouerca fratrésq. interfecti, tũc Attalus, Eurilochus, Pausanias, aliíque Macedoniæ extincti principes occurrebant. Ob hæc illi quatriduo perseuerata inedia est, donec, exercitus vniuersi precib⁹ exoratus est, precantis, ne ita mortem vnius doleat, vt vniuersos perdat, quos in vltimam deductos Barbariã inter infestas, & irritatas gẽtes, bello destituat. Multum profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, & tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellum

Et Anaxarchi, Plutarcho autore.

bellum animo. Chorasmenos & Dracas in deditionem accepit. Deinde quod primò ex Persico superbiæ regiæ more distulerat, vt omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit. Quæ res & illi, & multis principibus Macedonum exitio fuit, siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. Retentus tamen est Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione. Post hæc Indiã petit, vt Oceano, vltimóque Oriẽte finiret imperiũ. Cui gloriæ, vt etiam exercitus ornamẽta conuenirẽt, phaleras equorum, & arma militum argento inducit, exercitúmq; suum, ab argenteis clypeis, Argiraspidas appellauit. Cum ad Nysam vrbem venisset oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis liberi patris, à quo condita vrbs erat, parci iussit: lætus non militiã tantum, verum etiam vestigia se Dei sequutum. Tunc ad Spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis, vite, hederáque vestiti, non aliter, quàm si manu cultus, colentiúmq; industria exornatus esset. Sed exercitus eius, vbi ad montem accessit, repentino mentis impetu, in sacros Dei vlulatus instructus, cum stupore regis, sine noxa discurrit, vt intelligeret, non tam oppidanis parcendo, quàm exercitui suo se consuluisse. Inde montes Dædalos regnáq; Cleopidis reginæ petiit: Quæ, cùm se dedidisset, eius concubitu redemptum

Niso Libero patre cōdita, quē Merũ incolę appellant. Cur. li. 7.

Bacchãtes. Cleophis concubitu ab Alexandro regnũ obtinuit.

redemptum regnum ab Alexãdro recepit: illecebris consecuta, quod armis non potuerat, filiumque ab eo genitum, Alexandrum nominauit, qui postea regno Indorum potitus est. Cleophis regina, propter prostratam pudicitiam, scortum regium exinde appellata est ab Indis. Peragrata, India, cũ ad saxum miræ magnitudinis & asperitatis, in quod multi populi confugerant, peruenisset, cognoscit Herculẽ ab expugnatione eiusdẽ saxi terræmotu prohibitũ. Captus itáq; cupidine, Herculis acta superare, cũ summo labore ac periculo potitus saxo, omnes eius loci gentes in deditionem accepit. Vnus ex regibus Indorũ fuit, Porus nomine, viribus corporis & animi magnitudine pariter insignis, qui bellum iampridem, audita Alexandri opinione, in aduentum eius parabat. Commisso itaque prælio, exercitum suum inuadere Macedonas iubet; sibi regem eorum priuatum hostem deposcit. Nec Alexãder moram pugnæ fecit: sed prima congressione vulnerato equo, cum præceps in terram decidisset, concursus satellitum seruatus est. Porus multis vulneribus obrutus capitur. Qui victum se adeò doluit, vt cùm veniam ab hoste inuenisset, neque cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit, ægréque sit ab eo obtentum, vt vellet viuere. Quem Alexander ob honorem virtutis, incolumẽ in regnum remisit. Duas igitur vrbes cõdidit, vnam Nicæã, alte-

Statura enim fuit quatuor cubitorum & palmi, autor Plutar.

ram

ram ex nomine equi* Bucephalā vocauit, Inde Arestas, *Stabenos, Passidas, Gāgaritas, cęsis eorū exercitibus, expugnat. Cùm ad Eufrates venisset, vbi eum cum CC. millibus hostium equitum operiebantur, omnis exercitus non minus victoriarum numero, quàm laboribus fessus, lacrymis eum deprecatur, vt finem tandem belli faceret, aliquando patriæ, redituśq; meminisset, respiceret militū annos, quibus vix ætas ad reditum sufficeret: ostendere alius canitiē, alius vulnera, alius ætate consumpta corpora, alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorum regū Philippi Alexandríq; continuā militiam pertulerint. Tandem orare, vt reliquias saltem suas paternis sepulchris reddat, quorum non studijs deficitur, sed annis. Ac si nō militibus, vel ipse sibi parcat, ne fortunā suā nimis onerando fatiget. Motus hic tam iustis precib. velut in finem victoriæ, castra solito magnificātiora fieri iussit, quorum molitionibus & hostis terreretur, & posteris admiratio sui relinqueretur. Nullū opus milites lætius fecêre. Itaq; cæsis hostibus, cum gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Alexander ad omnem Acesinem pergit: per hunc ad Oceanū deuehitur. Ibi Gessonas, Asiboósq; quos Hercules cōdidit, in deditionem accepit. Hinc ad Ambros & Sycambros nauigat. Quæ gentes cum armatis LXXX. millibus peditum, & LX. millibus equitum excipiunt

* Bucephaleam
* Strathenos.
* Sabarcas.

cipiunt. Cum prælio victor esset, ad urbem eorum exercitum ducit. Quam desertã à defensoribus, cum de muro, quem primus ceperat, animaduertisset in urbis planiciẽ sine ullo satellite desiliit. Itaque cùm eum hostes solum conspexissent, clamore edito, undique concurrunt, si possint in uno capite urbis bella finire, & ultionẽ tot gentibus dare. Nec minus Alexander cõstãter restitit, & unus aduersus tot millia præliatur. Incredibile dictu est, ut cum non multitudo hostium, nõ magna telorum vis, non tantus lacessentiũ clamor terruerit, solus tot milliũ caderet ac fugeret. Vbi verò se obrui multitudine vidit, trũco se, qui prope murũ stabat, applicuit: cuius auxilio tutus, cùm diu agmen sustinuisset, tandem cognito periculo, eius amici ad eum desiliunt. Ex quibus multi cæsi: præliumq; tandiu anceps fuit, quoad omnis exercitus, muris deiectis in auxiliũ veniret. In eo prælio sagitta sub* mamma traiectus, cum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tandiu præliatus est, donec eũ à quo vulneratus fuerat, occideret. Curatio vulneris grauior ipso vulnere fuit. Itaque ex magna desperatione tandẽ saluti redditus, Polyperchõta cum exercitu Babyloniã mittit, ipse cum lectissima manu naues conscendit, & Oceani litora peragrat. Cum venisset ad urbẽ Ambigeri regis oppidani inuictũ ferro audientes sagittas veneno armãt: atq; ita gemino mor-*

Apud Mallos pugnã factã Plutarc. scribit qui sunt Indorum pugnaciss. simi.
* Vrbs Oxidracarũ fuit. Curt. lib. 9.

Sagitta fuit duorũ cubitorũ. Q. Cur.
* dextra.

tis vulnere hostem à muris summouentes, plurimos interficiunt. Cum inter multos lethaliter vulneratus esset Ptolemaeus, moriturúsq. iam videretur, per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est: qua in potu accepta, statim periculo est liberatus, maiórq; pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata deinde vrbe, reuersus in naues, Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam reditum precatus, ac veluti curru circa metam acto, positis imperij terminis, quatenus aut terrarum solitudines prodire passae sunt, aut mare nauigabile fuit, secundo aestu ostio fluminis Indi inuehitur. Ibi in monumenta rerum à se gestarum, vrbem Barcem condidit, arásque statuit, relicto ex numero amicorum, litoralibus Indus praefecto. Inde iter terrestre facturus, cum arida loca medij itineris diceretur, puteos opportunis locis fieri praecepit. Quibus ingenti dulci aqua inuenta, Babyloniam redit. Ibi multae deuictae gentes, praefectos suos accusauerunt: quos sine respectu amicitiae, Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Post haec Darij regis filiam Statyram in matrimonium recepit: sed & optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, vt communi facto crimen regis leuaretur. Tunc ad concionem exercitum vocat, & promittit se aes alienum omnium propria impensa soluturum, vt praedam praemiáq; integrè domum ferant. Insignis haec

Sanguine is regi coniunctus erat. Cur.

Barce conditur.

Susis nuptiae celebrantur. Plutar.

Nouem millium octingentorum ac septuaginta talentorū summam Plutarch.

Quorum erant triginta millia.

munificentia non summa tantùm, verumetiam titulo muneris fuit, nec à debitoribus magis, quàm à creditoribus gratius accepta: quoniam vtrisq. exactio pariter ac solutio difficilis erat. XXIII. millia talentorum in hos sumptus expensa. Dimissis veteranis, exercitum ex iunioribus supplet. Sed retenti, veteranorum discessum ægrè ferentes, missionem & ipsi flagitabant, nec annos, sed stipendia sua numerari iubebant: pariter in militia lectos, pariter sacramento solui æquum censentes: nec iam precibus, sed conuitio agebant, iubentes eum solū cum patre suo Hāmone finire bella, ut milites suos fastidiat. Cōtra ille nunc castigare milites, nunc lenibus verbis monere, ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. Ad postremum cùm nihil proficeret verbis, ad corripiēdos seditionibus autores, è tribunali in cōcionem armatam inermis ipse desiliit, & nemine prohibēte, XIII. correptos, manu sua ipse ad supplicia duxit. tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicia cōstantiam, disciplina militaris dabat. Inde separatim auxilia Persarum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illorū tū in se, tum in pristinos reges fidem: sua in illos beneficia memorat: vt nūquam quasi victos, sed veluti victoriæ socios habuerit. Denique se in illorum, non illos in gentis suæ morem transisse, affinitatibus connubiorum victos victoribus

Alexandri audax facinus.

Oratio Alexandri ad [illegible].

commiscuisse. Nunc quoq. ait, custodiam corporis sui nō Macedonibus tantùm se, verùmetiam illis crediturum. Atque ita mille ex his iuuenes in numerum satellitū legit: auxiliorum quoque portionē armatam in disciplinam Macedonum exercitu suo miscet. Quàm rem ægrè Macedones tulerunt, iactantes hostes suos in officium suum à rege subactos: Tūc uniuersi flētes, regē adeūt, orant, vt suppliciis suis potius saturet se, quā cōtumeliis. Qua modestia obtinuerunt, vt x. millia militum veteranorum exauctoraret. Sed ex amicis dimissi senes Polyperchō, Clytus, Gorgias, Polydamas, Antygonus. Dimissis his, Craterus præponitur. iussus præesse Macedonib. in Antipatri locum: Antipatrúmque cum supplemento tyronum, in locum eius vocat: Stipendia reuertentibus, velut militantibus, data. Cū hæc aguntur, unus ex amicis eius Ephæstiō decedit, dotibus primò formæ pueritiæq;, mox obseq. iis regi percarus. Quem contra decus regium, Alexander diu luxit, tumulumq; ei XI. millia talentum fecit, eumq; post mortē coli vt deum iussit. Ab vltimis litoribus Oceani Babyloniā reuertenti, nuntiantur legationes Carthaginiēsiū, cæterarúmq. Africæ ciuitatum, sed & Hispaniarū, Siciliæ, Galliæ, Sardiniæ, nonnullas quoque ex Italia eius aduentum Babyloni opperiri. Adeò vniuersum. terrarum orbem, nominis eius terror inuaserat, vt cuncta gentes,

Per eum desponsa Barbaris dabat.

Plutar. decem millia habet.

Er n

veluti destinato sibi regi adularentur. Hac igitur ex causa Babyloniã festinanti, velut conuentum terrarum orbis acturo, quidam ex Magis prædixit, ne urbem introiret, testatus hunc locũ ei fatalẽ fore. Ob hoc omissa Babylonia, in Byrsam urbem trans Euphratem, desertam olim, concessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho cõpulsus est, rursum Magorum prædicta contemnere, ut falsa, ut incerta: et si fatis cõstent, ignota mortalibus, ac si natura debeantur, immutabilia. Reuersus igitur Babyloniã, multis diebus otio deditus, intermissum olim conuiuium solẽniter instituit, totusque in lætitiam fusus, cùm diei noctem coniunxisset peruigilem: iã è conuiuio* medicus Thessalus instaurata com[m]essatione, & ipsũ & sodales eius inuitat. Accepto poculo, media potione repentè veluti telo Alexander cõfixus, ingemuit: elatúsq; è conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactúque hominũ velut vulnera indolesceret. Amici causam morbi, intemperiem ebrietatis disseminauerũt. Re autem vera insidiæ fuerunt, quarum infamiã successorũ potentia oppressit. Autor insidiarum Antipater fuit, qui cùm clarissimos amicos eius interfectos videret, Alexandrũ generũ suũ* Lyncestarum occisum se magnis rebus in Græcia gestis, non tam gratum apud regem, quàm inuidiosum esse, à matre quoq; eius Olympiade varie se crimina-

Mago, Pythagoræ nomen fuit. Plut.

Medius Perũt hoc venenum gelidissima aqua fuisse ex Nonacriẹ petra quadamem Plut Cuius fontem ap pellat Curtius Stygos sydor.

Antipater insidiarum autor.

Lyncestem

tio-

tionibus vexatum. Huc accedebāt ante paucos dies, supplicia in perfectos deuictarum nationū crudeliter habita. Ex quibus rebus se quoque à Macedonia non ad societatē militiæ, sed ad pœnam euocatū arbitrabatur. Igitur ad occupandum regē, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cū fratribus Philippo, & Iolla ministrare regi solebat: cuius venenum tāta vis fuit, vt nō ære, nō ferro, nō testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in vngula equi potuerit, præmonito filio, ne alijs quā Thessalo, & fratribus crederet. Hac igitur ex causa, apud Thessalum paratū, repetitumque cōuiuium est: Philippus & Iollas prægustare potum regis soliti, in aqua frigida venenū habuerunt, quam prægustatam iam potioni supermiserunt. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiens, agnoscere se fatum domus maiorū suorū ait: Nam plerosq; Aeacidarum intra trigesimum annum defunctos. Tumultuantes deinde milites, insidiis perire regem suspicantes, ipse sedauit: eosq; omnes cùm prolatus in editissimum vrbis locū esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus porrexit. Cū lacrymarent omnes, ipse non sine lachrymis tantùm, verùmetiā sine vllo tristioris mentis argumento fuit, vt quosdā impatientius dolentes consolatus sit: Quibusdam mandata ad parentes eorum dedit: adeò sicuti in hostem, ita & in mortem inuictus ani-

Veneni vis.

Exemplū constantiæ

mus fuit. Dimissis militibus amicos circumstantes percunctatur, videáturne similem sibi reperturi regem? Tacentibus, cunctis, tunc ipse, vt hoc nesciat, ita illud scire, vaticinariq; se, ac penè oculis videre dixit, quantũ sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia, quantisque cædibus, quo cruore, mortuo sibi parentatura. Ad postremũ, corpus suũ in Hammonis tẽplo condi iubet. Cùm deficere eũ amici viderent, quærunt quem imperij faciat hæredem: Respondit, DIGNISSIMVM. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cũ Herculẽ filiũ, cùm fratrẽ Arideum, & cũ Roxanem vxorẽ prægnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nũcuparet hæredẽ. Prorsus quasi nefas esset viro forti alium, quàm virũ fortem succedere, aut tanti regni opes aliis, quàm probatis relinqui. Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt, & ambitione vulgi tacitum fauorem militum quærunt. Sexto die præclusa voce, exemptum digito annulum Perdicæ tradidit: quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. Nam etsi non voce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus esse videbatur. Decessit Alexander, mensem vnum, annos tres, & triginta natus, vir supra humanã potentiam magnitudine animi præditus. Qua nocte eum mater Olympias concepit, visa per quietem est cum

Quem hærede instituenti Alex.

Epiphonema.

Alexandri ætas 33. regnauit an. 12. men.

ingēti ſerpēte volutari: nec Dei decepta ſomnio eſt. Nā profectò maius humana mortalitate opus vtero tulit: quam cum Aeacidarum gens ab vltima ſeculorum memoria, & regnum patris, fratris, mariti, ac deinceps maiorum omnium illuſtrauerit: nullius tamen nomine, quàm filij, clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipſo ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die qua natus eſt, duæ aquilæ tota die præpetes ſupra culmen domus patris eius ſederunt, omnem duplicis imperij Europæ, Aſiæq; præferentes: eadémque die nuntium pater eius duarum victoriarum accepit, alterius belli Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum currus miſerat: quod omen vniuerſarum terrarum victorias infanti portendebat. Puer acerrimis literarum ſtudiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium ſub Ariſtotele, doctore inclyto omnium Philoſophorū, creuit. Accepto deinde imperio, regem ſe terrarum omnium, ac mundi appellari iuſsit: tātámque fiduciam ſuis militibus fecit, vt illo præſente nullius hoſtis arma, nec inermes timuerint. Itaq. cum nullo hoſtium unquam congreſſus eſt, quem non vicerit: nullam vrbem obſedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Victus denique eſt ad poſtremum, non virtute hoſtili, ſed inſidiis ſuorum, & fraude ciuili.

Ariſtoteles Alexandri præceptor.

IVSTINI LIBER XIII.

Luctus propter Alexandrũ



XTINCTO *in ipso ætatis, ac victoriarũ flore, Alexãdro magno, triste apud omnes, totámq. Babyloniã siletiũ fuit. Sed nec deuictæ gentes fidem nuntio habuere, quòd vt inuictum regem, sic immortalem eum crediderant: recordãtes, quoties præsenti morti ereptus esset, quàm sæpe ferro amisso, repentè non sospitem tantùm suis, verumetiam victorem obtulisset. Vt verò mortis eius fides adfuit, omnes barbaræ gentes paulò antè ab eo deuictæ, non vt hostem eũ, sed vt parentẽ luxerunt. Mater quoque Darij regis, quàm amisso filio, à fastigio tãtæ maiestatis in captiuitatem redactam, indulgentia victoris in eam diem vita non pœnituerat, audita morte Alexandri mortem sibi ipsa consciuit: non quòd hostẽ filio præferret, sed quòd pietatẽ filij in eo, quem hostem timuerat, experta esset. Cõtrà Macedones versa vice, non vt ciuem, ac tãtæ maiestatis regẽ, verum vt hostem amisissent, gaudebant, seueritatẽ nimiam, & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat, quòd principes regnum & imperia, vulgus militum thesauros & grande pondus auri, velut inopinatã prædam, spectabant: illi successionem regni, hi opum, ac diuitiarum hæreditatem cogitantes.*

Inedia mortuam, quinto postea quam mori statuerat die Q. Curt.

nullas sibi consiliorum partes relictas, Arideū Alexādri fratrem regem appellant: satellitésq; illi ex tribus sua legunt, & nomine Philippi patris vocari iubent. Quæ cùm nuntiata equitibus essent, legatos ad mitigandum eorum animos, duos ex proceribus Attalū & Meleagrū mittunt, qui potentiam ex vulgi adulatione quærētes, omissa legatione, militibus consentiunt. Statim & seditio crevit, vbi caput & cōsilium habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum cūcti armati in regiam irrumpunt: quo cognito equites trepidi ab vrbe discedunt, castrísq; positis & ipsi pedites terreri cœperunt. Sed nec procerum inter se odia cessabant. Attalus ad interficiendum Perdicam ducem alterius partis mittit: ad quem armatum, & vltro prouocantem, cùm accedere percussores ausi non fuissent, tanta cōstātia Perdicæ fuit, vt vltro ad pedites veniret, & in concionem euocatos educeret, quod facinus molirentur: respicerent contra quos arma sumpsissent: nō illos Persas, sed Macedones: non hostes, sed ciues esse: plerósq; etiam cognatos eorū, certe & commilitones eorundem castrorum, & periculorum socios, edituros deinde egregiū hostibus suis spectaculū, vt quorū armis victos se doleant, eórum mutuis cædibus gaudeant, parentatúrósque sanguine suo manibus hostium à se interfectorum. Hæc cum pro singulari facundia sua Perdica perorasset, adeò mouit pedi-

Infesti. hi Perdicæ fuerant. Curt.

Seditio inter equites.

Perdicæ constātia.

tes, ut probato consilio eius: dux ab omnibus legeretur. Tum etiam equites in concordiam reuocati, in Arideum regem consentiunt: Seruata est portio regni Alexandri filio, si natus esset. Hoc agebant, posito in medio corpore Alexandri, ut maiestas eius testis decretorum esset. His itaq; cōpositis, Macedonia & Græcia Antipater præponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur: Castrorum exercitus & rerū cura Meleagro, & Perdicæ assignatur: iubetúrque Arideus corpus Alexādri in Hāmonis tēplum deducere. Tūc Perdicca infensus seditionis authoribus, repētè ignaro collega lustrationē castrorum propter mortē regis in posterum educit. Postquā armatū exercitum in campo constituit, consentientibus uniuersis euocatos duntaxat de singulis manipulis seditiosos, supplicio tradi occultè iubet. Reuersus deinde, inter principes prouincias diuidit, simul ut remoueret æmulos, & munus imperij beneficij sui faceret. Primò Ptolemæo Aegyptus, & Africa, Arabiæq; pars sorte venit, quē ex gregario milite Alexander virtutis causa prouexerat: cui ad tradendā prouinciam Cleomenes, qui Alexādriam ædificauerat, datur: Confinē hinc prouinciæ Syriā Laomedon Mitylenæus, Ciliciā, Philotas cū filio, & Illirios recipiunt. Mediæ maioris Acropates: minori Alceta fratre Perdicæ præponitur. Susiana gens Syno, Phrygia maior, Antigono,

Arideus communi consensu rex constituitur.

Lustrabantur milites decanedi cissa & ab vtraque parte proiecta. Cur.

ccc. ferè sunt supplicio affecti. Cu.

Et Phœnicen.

Philippi filio, assignatur, Lyciam & Pamphyliam Nearchus, Cariam Cassander, Lydiã Menander sortiũtur. Leonato minor Phrygia euenit, Thracia & regiones Pōtici maris Lysimacho. Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur. Sũmus castrorũ tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit. Stipatoribus regis, satellitibusque, Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana ulteriore, & Indiæ regionibus, priores præfecti detēti. Sed res inter amnes duos, Hydaspē, & Indum, Taxilles habebat. In colonias in Indiis cōditas, Phyton Agenoris filius mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Axiarches accepit. Dracas & Argæos Statanor. Bactrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus, Hyrcanos, Phrataphernes Armenios, Neoptolemus Persas, Peucestes Babylonios, Arthous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamiam adepti sunt. Hæc diuisio, cũ veluti fatale munus singulis cōtigisset, ita magna incrementorũ materia plurimis fuit. Siquidē non magno post tempore quasi regna, non præfecturas diuisissēt, sic reges ex præfectis facti magnas opes non sibi tantũ parauerunt, verũ & posteris reliquerunt. Dũ hæc in Oriēte aguntur, in Græcia Athenienses, & Aetoli bellum, quod iam viuo Alexãdro mouerant, summis viribus instruebant. Causa belli erant, quòd reuersus ab India Alexander, epistolas in Græciam scripserat.

Quæ Hellesponto adiuncta est.

Belli causa.

pſerat, quibus omnium ciuitatum exules, præter cædis damnatos, restituebantur. Quæ recitatæ præsente uniuersa Græcia, in mercatu Olympiaco, magnos motus fecerāt, quòd plurimi nō legibus pulsi patria, sed per factionem principum fuerant, verentibus iisdem principibus, ne reuocati, potentiores in republica fierent. Palàm igitur iam tunc multæ ciuitates, libertatē bello vindicandā fremebant. Principes tamen omniū Athenienses, & Aetoli fuere. Quod cū nuntiatum esset Alexandro, mille naues longas sociis imperij præceperat, quibus in Occidēte bellum gereret, excursurúsque cum ualida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses, contracto XXX. millium militum exercitu, & CC. nauibus, bellū cum Antipatro, cui Græcia sorte euenerat, gerunt: eúmq; detrectantē prælium, & Heraclea urbis mœnibus tuentē se, obsidione cinxerant. Eo tēpore, Demosthenes Atheniensis orator, pulsus patria, ob crimen accepti, ab Harpalo auri, qui crudelitatem Alexandri fugerat, quòd ciuitatem in eiusdem Alexandri bellum impelleret, fortè Megaris exulabat: qui cùm missum ab Atheniensibus Hyperidem legatum cognouit, qui Peloponenses in societatem armorū solicitaret, sequutus eū Sicyona, Argos & Corinthum, cæteráſque ciuitates, eloquentia sua, Atheniensibus iunxit. Ob quod factum, missa ab Atheniensibus obuiam naui ab

*imperati

Bellum Atheniensium cum Antipatro.

Factum est in obsidione Lamiarum. Plut. in Demosth.

exilio reuocatur. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes dux Atheniensium telo è muris in transeuntem iacto occiditur. Quæ res tantum animorum Antipatro dedit, vt etiam vallum rescindere auderet: auxilium deinde à Leonato petit per legatos: qui cùm venire nunciaretur cũ exercitu, obuij ei Athenienses cũ instructis copiis fuere, ibique equestri prælio, graui vulnere ictus, extinguitur. Antipater, etsi auxilia sua videret deuicta, morte tamẽ Leonati lætatus est: quippe & æmulum sublatum, & vires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cùm par hostibus, etiam prælio videretur, solutus obsidione, in Macedoniam concessit. Græcorũ quoq. copiæ, à finibus Græciæ hoste pulso, in vrbes dilapsæ sunt. Interea Perdica, bello innoxio Ariarathi, regi Cappadocum illato, prælióq; victor, nihil præmij, præter vulnera & pericula retulit. Quippe hostes ab acie in vrbẽ recepti, occisis coniugibus & liberis, domos quisque suas cum omnibus copiis incenderũt: Eodẽ congestis etiã opibus, semetipsos præcipitant, vt nihil hostis victor suarum rerum, præter incẽdij spectaculo, frueretur. Inde, vt viribus authoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ, sororis Alexandri Magni, & alterius Alexãdri quondã vxoris, nõ aspernãte Olympiade matre eius, intẽdit: sed prius Antipatrũ sub affinitatis obtẽtu, capere cupiebat.

Leonatus ab Atheniensibus occiditur.

Exemplum miserabilis exitus.

Regis Epiri, qui in Italia occubuerat.

Itaque

Itaq. fingit se in matrimoniũ filiam eius petere, quò facilius ab eo supplementũ tyronũ et Macedoniam obtineret. Quẽ dolum præsentiente Antipatro dum duas eodẽ tempore uxores quærit, neutram obtinuit. Post hæc bellum inter Antigonũ & Perdicam oritur. Antigono Craterus & Antipater auxilium ferebant: qui facta cũ Atheniensibus pace, Polyperchonta Græciæ & Macedoniæ præponũt. Perdica, alienatis rebus, Arideũ & Alexandri Magni filium in Cappadociã, quorũ cura illi mandata fuerat, de summa belli in consiliũ adhibet. Quibusdam placebat bellũ in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem & caput regni, ubi & Olympias esset, mater Alexandri, nõ mediocre momentũ partium, & civiũ favor, propter Alexandri, Philippiq; nomina, sed in rẽ visum est ab Aegypto incipere, ne in Macedoniam profectis, Asia à Ptolemæo occuparetur. Eumeni præter provincias, quas acceperat, Paphlagonia, & Caria, et Lycia, & Phrygia adiiciuntur. Ibi Craterũ & Antipatrũ opperiri iubetur. Adiutores ei dantur cũ exercitibus suis frater Perdicæ Alcetas, et Neoptolemus. Clyto cura classis traditur: Cilicia Philota adempta Philoxeno datur: ipse Perdica Aegyptum cum ingẽti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur, ferrumq; ab hostili bello in civilem sanguinem vertit, exem-

Principum Alexandri inter se rebel lio.

plo

ſi furentium, manus ac membra ſua ipſi conſuta. Sed Ptolomæus in Aegypto, ſol. i. induſtria, magnas opes parabat. Quippe & Aegyptios inſigni moderatione in fauorẽ ſui ſolicitauerat, & reges finitimos beneficiis obſequiiſque deuinxerat: terminos quoque imperij, acquiſita Cyrene vrbe, ampliauerat, factúſq; iam tantus erat, vt non tam timeret hoſtes, quàm timendus ipſe hoſtibus eſſet. Cyrene autẽ condita fuit ab Ariſteo, cui nomen Battos propter linguæ obligationẽ fuit. Huius pater Cyrenus, rex *Theramenis inſulæ, cùm ad oraculũ Delphos, propter dedecus adoleſcẽtis filij nondum loquentis deprecaturus veniſſet, reſpõſum accepit, quo iubebatur filius eius Battus Africã petere, & vrbẽ Cyrenẽ condere, vſum linguæ ibi accepturus. Cũ reſpõſum ludibrio ſimile videretur, propter ſolitudinẽ Theramenis inſulæ, ex qua coloni ad vrbem condendam in Africam tam longinqua regionis proficiſci iubebantur, res omiſſa eſt. Interiecto deinde tẽpore, velut contumaces, ex peſtilentia Deo parêre compelluntur, quorum tam inſignis paucitas fuit, vt vix vnã nauẽ cõplerent. Cùm veniſſent in Africã, pulſis accolis, montẽ Cyram & propter amœnitatẽ loci, & propter fontis vbertatẽ occupauere: ibi Battus dux eorũ linguæ nodis ſolutis loqui primùm cœpit: quæ res animos eorum ex promiſſis dei iam parte percepta, in reliquã ſpẽ cõdendæ

Ptolemæi Lagi opes & moderatio.

Cyrene à quo condita.

* Theræ.

*vrbis accendit. Restitis igitur castris, opinionem veterum fabulæ accipiunt, Cyrenem eximiæ pulchritudinis virginem, à Thessalia monte Pelio ab Apolline raptam, perlatámque in eiusdem montis iuga, cuius collem occupauerant, à Deo repletam, quatuor pueros peperisse, Nomium, Aristeum, Eniocũ, Ageũ: missos à patre Hypseo rege Thessaliæ, qui perquirerent virginem, loci amœnitate captos in iisdẽ terris, cũ virgine resedisse. Ex his pueris tres adultos in Thessaliã reuersos, auita regna recepisse. Aristeũ in Arcadia latè regnasse, eumq́; primũ & apum, & mellis vsum, & lactis, & coaguli hominib. tradidisse, solstitialésq; ortus et syderũ primũ inuenisse. Quib. auditis, Battus virginis nomine ex responso agnito, vrbẽ Cyrenem cõdidit. Igitur Ptolemæus huius vrbis auctus viribus, bellum in aduentũ Perdicæ parabat. Sed Perdicæ plus odium arrogantiæ, quàm vires hostiũ nocebant, quẽ exosi etiam socij, ad Antipatrũ gregatim cõfugiebant. Neoptolemus in auxiliũ Eumeni relictus, nõ solùm transfugere, verũ etiam prodere, partium exercitũ voluit. Quam rem cùm præsensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit: victúsque Neoptolemus, ad Antipatrum & Polyperchonta profugit: hisque persuadet, vt continuatis * mansionibus, læto ex victoria & securo, fuga sua Eumeni superueniãt. Sed res Eumenem nõ latuit.*

Cyrenes fabula.

Aristei inuenta.

Neoptolemi perfidia.

* quid si legatur transitio-

Itaque

Itaque insidiæ in insidiatorem versa: & qui securum aggressuros se putabant, securis itinere, & peruigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polypercon occiditur. Neoptolemus quoque cum Eumene congressus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est, & in summa victus, occumbit. Victor igitur duobus præliis continuis. Eumenes afflictas partes transfectione sociorum, paululum sustentauit. Ad postremum tamen Perdicca, occiso ab exercitu hostis cum Phythone, & Illyrio, & Alceta fratre Perdicæ, rex appellatur: bellúmq; aduersus eos Antigono decernitur.

Perdiccam in Aegypto per seditionem.

IVSTINI LIBER XIIII.



EVMENES ut Perdiccam occisum, se ut hostem à Macedonibus indicatum, bellúmq; Antigono decretum cognouit, ultro id militibus suis indicauit, ne fama aut rem in maius extolleret, aut militum animos, rerum nouitate, terreret: simul ut, an contra se animati essent, cognosceret, sumpturus consilium ex motu uniuersorum. Constanter tamen professus est, si cui hæc terrori essent, habere eum * dicendi potestatem. Qua voce adeò cunctos in

Bellũ Antigoni regis Asiæ Primi aduersus Eumenem.

* di

studium partium suarum induxit, vt vltro illum omnes hortarentur, restituturósq; se ferro decreta Macedonum affirmarent. Tūc exercitu in Aetoliam promoto, pecunias ciuitatibus imperat: recusantes dare, hostiliter diripit. Inde Sardis profectus est ad Cleopatram, sororem Alexandri Magni, vt eius voce centuriones, principésque confirmarentur, existimaturus ibi maiestatem regiam verti, vnde soror Alexādri staret. Tanta veneratio magnitudinis Alexādri erat, vt etiam per vestigia mulierum, fauor sacrati eius nominis quæreretur. Cùm reuersus in castra esset, epistola totis castris abiecta inueniūtur: quibus iis, qui Eumenis caput ad Antigonū detulissent, magna præmia definiebantur. Iis cognitis Eumenes vocatis ad concionē militibus, primò gratias agit, quòd nemo inuētus sit, qui spem cruenti præmij fidei sacramento anteponeret: tum deinde callidè subnectit, confictas à se has epistolas, ad experiendos suorum animos esse. Cæterùm salutem suam in omnium potestate esse, nec Antigonum, nec quenquam ducum sic velle vincere, vt ille in se exemplum pessimum statuat. Hoc facto, & in præsenti labantium animos detenuit, & in futurum prouidet, vt si quid simile accidisset, non se ab hoste corrūpi, sed à duce tētari milites arbitrarētur. Omnes igitur operā suam certatim ad custodiā saluti eius offerunt. Interim Antigonus cum exercitu

Epiphonema.

Exemplū prudentię, in Eumene.

exercitu supervenit, castrisque positis, postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio fecit, qui victus, in munitũ quoddam castellum confugit, ubi cùm videret se fortunã obsidionis subiturum, maiorẽ exercitus partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur, aut obsidio ipsa multitudine grauaretur: Legatos deinde ad Antipatrũ, qui solum par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit, à quo cùm auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione recessit. Erat quidẽ solutus ad tempus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis, dimisso exercitu, magna spes erat. Omnia igitur circumspicienti optimũ visum est, ad Alexandri Magni Argyraspidas invictũ exercitum, & tot victoriarũ perfulgentem gloria decurrere. Sed Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant, sordidã militiã sub aliis, post tanti regis memoriam existimantes. Itaque Eumenes, blandimentis agere, singulos simpliciter alloqui, nunc cõmilitones suos, nunc patronos appellans periculorum, & operũ Orientalium socios, nunc refugia salutis suæ, & unica præsidia cõmemorans, solos esse quorum virtute Oriẽs sit domitus, solos qui militiam Liberi patris, qui Herculis monumenta superauerint, per hos Alexandrum magnũ factũ, per hos diuinos honores, & immortalem gloriam cõsecutũ: orat ut non tam ducem se, quàm cõmilitonem recipiant, unúmq;*

Castellum Notam appellat. Plut.

* solus

Eumenis ad Argyraspidas oratio.

ex corpore suo esse velint. Receptum hac lege paulatim imperium; primum mouendo singulis mox, quæ perperā facta erant, blandè corrigendo, vsurpat, nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad extremum cùm Antigonū *venire cum exercitu esset nunciatum cōpellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia* [illegible] *hostium virtute superantur: In eo prælio non gloriam tantum tot bellorum, verumetiā cum coniugibus & liberis præmia longa militia parta, perdiderunt. Sed & Eumenes, qui autor cladis erat: nec aliam spem salutis reliquam habebat, victos hortabatur: nā & virtute eos superiores fuisse affirmabat. Quippe ab his quinque millia hostium cæsa, & si in bello persistāt, vltro hostes pacem petituros. Damna, quibus se putent victos, duo millia mulierum & paucos infantes, & seruitia esse, quæ melius vincēdo possint reparare, quàm deserendo victoriā. Porrò* Argiraspides *neque fugam se tētaturos dicunt post dāna matrimoniorum & post coniuges amissas, neq. bellum gesturos contra liberos suos: vltróq. eum conuitiis agitant, quòd se post tot annos emeritorum stipendiorum, redeuntes domum cum præmiis tot bellorum ab ipsa missione rursus in nouam militiam immensáq; bella reuocauerit, & à laribus quodammodo suis; & ab ipso limite patria abductos, inanibus promissis deceperit: nunc quoq;*

amißis omnibus fœlicis militiæ quæstibus, ne victos quidē in misera & inopi senecta quiescere sinat. Ignaris deinde ducibus cōfestim ad Antigonum legatos mittunt, petentes vt sua reddi iubeat. Is redditurum se pollicetur si Eumenē sibi tradant: quibus cognitis, Eumenes cū paucis fugere tentauit. sed detractus, desperatis rebus, cum cōcursus multitudinis factus esset, petit vt postremum sibi alloqui exercitum liceret. iussus ab vniuersis dicere, facto silentio, laxatísq. vinculis, Prolatā sicut erat catenatus, manum ostendit: Cernite milites, inquit habitum atque ornamenta ducis vestri, quæ non hostium quisquam imposuit: nā hoc etiam solatio foret. Vos me ex victore victū, vos me ex imperatore captiuum fecistis: quater intra hunc annū in mea verba iureiurando obstricti estis, & ista mitto (NEQVE ENIM MISEROS CONVICIA DECENT) vnum oro: si propositorum Antigoni in meo capite summa consistit, inter vos me velitis mori. Nam neque illius interest, quemadmodum, aut vbi cadam: & ego fuero ignominia mortis liberatus. Hoc si impetro soluo vos iureiurando, quoties vos sacramēto mihi deuouistis. Aut si ipsos pudet roganti vim adhibere, ferrum huc date, & permittite, quod vos facturos pro imperatore iurastis, Imperatorem pro vobis sine religione iurisiurandi facere. Cùm non obtineret, preces in iram ver-

Exemplū perfidiæ.

Eumenis capti ad milites oratio.

Precatio Eumenis in suos milites.

tis. At vos, ait, deuota capita respiciant dii periuriorũ vindices, talésq; vobis exitus dẽt, quales vos ducibus vestris dedistis. Nẽpe vos iidem paulo antè, & Perdicæ sanguine estis aspersi, & in Antipatrũ eadẽ moliti. Ipsum deniq; Alexandrũ, si fas fuisset eũ mortali manu cadere,

Exemplum fortis & constantis animi.

interempturi: quod maximum erat, seditionibus agitastis. Vltima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras atque inferias dico, ut inopes exterrésq. omne aeũ in hoc castrẽsi exilio agatis, deuorentque vos arma vestra, quibus plures vestros, quàm hostiũ duces absumpsistis. Plenus deinde ira, custodes suos præcedere ad Antigoni castra præcipit. Sequitur exercitus prodito

Deleti sunt Argyraspides ad vnum omnes ab Ibircio iussu Antigoni Plutarch. in Eum.

imperatore suo, & ipse captiuus, triumphúmq; de seipso ad victoris sui castra ducit: omnia auspicia regis Alexãdri, & tot bellorum palmas, laureásque vnà secum victori tradentes: & ne quid deesset pompæ, elephãti quoque, & auxilia Orientalia subsequuntur. Tantò pulchriora hæc Antigono, quàm Alexãdro tot victoriæ

Epiphonema.

fuerunt: vt cùm ille Orientem vicerit, hic eos, à quibus Oriẽs victus, superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit, redditis, quæ in victoria ceperat. Eumenem verò verecundia prioris amicitiæ, in cõspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus præcepit. Interea Eurydice, uxor Aridei regis vt Polyperchõta à Græcia redire in Macedo-

niam

diam cognouit, & ab eo accersitam Olympiada, muliebri æmulatione perculsa, abutēs valetudine viri, cuius officia sibi vindicabat, scribit regis nomine Polyperchōti, Cassandro exercitū tradat, in quē regni administrationē rex transtulerit. Eadē & in Asiam Antigono per epistolas nūtiat: quo beneficio deuinctus Caßāder nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. Deinde profectus in Græciam multis ciuitatibus bellum infert: quarū excidio, veluti vicino incendio territi Spartani, vrbem quam semper armis nō muris defenderant, tum cōtra responsa fatorū, & veterum maiorum gloriam, armis diffisi, murorum præsidio includūt. Tātùm eos degenerauisse à maiorib⁹, vt cùm multis seculis murus vrbis ciuium virtus fuerit, tūc ciues saluos se fore non existimauerint, nisi intra muros laterēt. Dum hæc aguntur, Cassandrū à Græcia turbatus Macedoniæ status domū reuocauit. Namq; Olympias mater Alexādri Magni regis, cùm ab Epiro in Macedoniam, prosequente Aeacida rege Molossorum, veniret, prohiberéque finibus ab Eurydice & Arideo rege cœpisset, seu memoria mariti, seu magnitudine filij, & indignitate rei moti Macedones, ad Olympiada transfiere, cuius iussu & Eurydice, & rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. nā cùm principiū paßim cædēs, mulie-

Spartanorum vrbs sine muro.

Epiphonema.

Olympiadis fuga.

bri magis quàm regio more fecisset, fauorē suum in odiū vertit. Itaq. audito Cassandri aduentu, diffisa Macedonibus, cum nuru Roxane, & nepote Hercule in* Pictuā vrbē cōcessit. Proficiscenti. Deidamia Aeacidæ regis filia, & Thessalonica priuigna, & ipsa clara Philippi patris nomine, multæq. aliæ principū matronæ, speciosus magis quàm vtilis grex, fuere comites. Hæc cū nunciata Cassandro essēt, statim citato cursu Pictuam venit, & vrbē obsidione cinxit. Cū fame ferróq. vrgeretur, Olympias lōga obsidionis tædio, pacta salute, victori se tradidit. Sed cùm Cassander ad concionē vocato populo, sciscitatus quid de Olympiade fieri vellet, subornat parentes interfectorū, qui sumpta lugubri veste, crudelitatem mulieris accusarēt: à quibus accensi Macedones, sine respectu pristinæ maiestatis, occidēdam decernunt: immemores prorsus, quod per filiū eius, virúmque nō solum vitā ipsi inter finitimos tutam habuissent, verùm etiā tātas opes imperiúmq. orbis quæsissent. Sed Olympias, vbi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste regali, duabus ancillis innixa, vltrò obuiam procedit. Qua visa, percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, & tot in eam memoria occurrētibus regum suorum nominibus substiterunt, donec à Cassandro missi sunt, qui eam cōfoderent, nō refugientē gladiū, nec vulnera, aut muliebriter vociferantē: sed virorum more fortium

* alias Pi-ctium, & ita legit Orof.

Olympiadis morientis animi fortitudo.

fortium

fortium pro gloria veteris pro sapia, morti succumbentem, vt Alexandrum posset etiam moriente matre conspicere. Insuper expirãs, capillis & veste crura contexisse fertur, nequid posset in corpore eius indecorum videri. Post hæc Cassander Thessalonicem, regis Aridei filiam, vxorem ducit: filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit. Quos Paulo post interfecit agente Hercule an. 14.

IVSTINI LIBER XV.

Perdica, & fratre eius Alceta. Eumene ac Polyperchõte, cæterísq; ducibus diuersæ partis occisis, finitum certamẽ inter successores Alexãdri Magni videbatur cùm repẽtè inter ipsos victores nata discordia. Quippe postulãtibus Ptolemæo, & Caßãdro, & Lysimacho, vt pecunia in præda capta, prouinciæq; diuiderentur: Antigonus negauit se in eius belli prædam socios admissurũ, in cuius periculũ solus descẽderat: Et vt honestũ aduersus socios bellũ suscipere videretur, diuulgat se Olympiadis mortem, à Caßãdro interfectæ, vlcisci velle, & Alexãdri regis sui filiũ cũ matre obsidiõe Amphipolitana liberare. His cognitis, Ptolemeus et Caßãder, inita cũ Lysimacho & Seleuco societate, bellũ terra mariq; enixe instruebãt. Tenebat Ptolemeus Nouum principum inter se bellum

*Aegyptum cum Africæ parte maiore, & Cypro & Phœnice. Cassandro parebat Macedonia cum Græcia. Asiam & partem Orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congressione, à Ptolemæo, apud Calamā vincitur. In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria, quā ipsius victoriæ fuit. Siquidem & amicos Demetrij non solum, cum suis rebus dimisit, verumetiam additis insuper muneribus, honorauit, & ipsius Demetrij priuatum omne instrumentum, ac familiā reddidit, adiecto honore verborum, non se propter prædam, sed propter dignitatem iniisse bellum: indignatum quod Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus solus, victoriæ communis præmia corripuisset. Dū hæc aguntur, Cassander ab Apollonia rediēs, in Abderitas, qui propter ranarum muriumq; multitudinem, relicto patriæ solo, sedes quærebant: veritus ne Macedoniam occuparent facta pactione, in societatem eos recepit, agrósq; iis in vltimis Macedoniæ finibus assignat. Deinde, ne Hercules Alexandri filius, *qui ferè annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi eū tacitè cū matre Arsine iubet, corporáq; eorū terra obrui, ne cædes sepultura proderetur: & quasi parum facinoris in ipso primùm rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admisisset, alterum quoq; filium cum matre*

tre

Exemplum moderatæ victoriæ.

Abderitæ propter ranarum & muriū multitudinem, sedes mutare coacti Plin lib. 10. cap. 63.

*qui per an. Cassander regis sui Alexādri filios, vxores, ac matrem occidit.

tre Romane pari fraude interficit, quasi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter consequi, quàm scelere nō posset. Interea Ptolemæus cum Demetrio nauali prælio iterat congreditur, & amissa classe, hostiq; concessa victoria, in Ægyptum refugit. Demetrius filiū Ptolemæi Leuticum, & fratrem Menelaum, amicósque eius cum priuati instrumēto ministerio prouocatus, pari antea munere Aegyptū remittit: & vt appareat eos non odij, sed dignitatis gloria accēsos, donis muneribúsq; inter ipsa bella contendebāt. Tātō honestius tūc bella gerebātur, quàm nunc amicitiæ colūtur. Hac victoria elatus Antigonus, regem secum Demetrio filio appellari à populo iubet. Ptolemæus quoque ne minoris apud suos autoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Quibus auditis, Cassāder, & Lysimachus, & ipsi regiā sibi maiestatē vendicauerunt: huius honoris, ornamentis tandiu omnes abstinuerunt, quādiu filij regis superesse potuerunt. Tanta in illis verecundia fuit, vt cùm opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexādro iustus hæres fuit: Sed Ptolemæus & Cassāder, cæteríq; factionis alterius duces, cū carpi se singulos ab Antigono viderent, dum priuatum singulorum, non commune vniuersorū bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri volunt, quasi victoria vnius, non omnium foret per epistolas se inuicem

confirmantes, tempus locumque coeundi condicunt, bellúmq; cōmunibus viribus instruunt. Cui cùm Cassander interesse propter finitimū bellum non posset, Lysimachum cum ingētibus copiis in au-

Lysimachi laus

xilium socijs mittit. Erat hic Lysimachus illustri quidē Macedoniae loco natus, sed virtutis experimētis omni nobilitate clarior, quae tāta in illo fuit, ut animi magnitudine, philosophia ipsa, viriúmque gloria, omnes, per quos oriens domitus

Exemplū crudelitatis.

est, vicerit. Quippe cùm Alexander Magnus Callisthenem philosophum, propter salutationis Persicae interpellatū morē insidiarū, quae sibi pa-

*alias, iratus finxisset.

*ratae fuerant, conscium fuisset *ratus esset, eúmq; truncatis crudeliter mēbris abscissisq; auribus, ac naso, labiísq; deforme ac miserādum spectaculum reddidisset, insuper cum cane in cavea clausum ad metum caeterorum circumferret: tūc*

Aliter Plutarchus mortem Callisthenis scribit Alexādro.

Lysimachus audire Callisthenē, & praecepta ab eo recipere virtutis solitus, miseratus tanti viri, non culpae sed libertatis poenas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedit. Quod adeò aegrè Alexander tulit: ut eū obijci ferocissimo leoni iuberet. Sed cùm ad conspectum eius concitus leo impetum fecisset manum manipulo

Exemplū fortitudinis Lysimachus.

involutā Lysimachus in os leonis immersit, arreptáq; lingua ferā exanimavit. Quod cùm nuntiatum regi esset, admiratio in satisfactionem cessit, chariorémq; eum propter constantiam tātae virtutis habuit. Lysimachus quoque magno

ani

animo regis, veluti parentis, tulit cõtumeliam. Denique omni ex animo huius facti memoria exturbata, postea in India insectãti regi quosdã palantes hostes, cũ à satellitũ turba, equi sui celeritate, desertus esset, solus ei, per immẽsas arenarum moles, cursus comes fuit. Quod idẽ antea Philippus frater eius, cũ facere voluisset, inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexãder, hasta cuspide ita in frõte vulnerauit, vt sanguis aliter claudi non posset, quam diadema sibi demptũ rex, alligãdi vulneris causa, capiti eius imponeret. Quod auspiciũ primũ regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post mortẽ Alexandri cũ inter successores Alexandri prouinciæ diuiderẽtur, ferocissimæ gẽtes, quasi omnium fortissimo, assignatæ sunt: adeò etiam, cõsensu vniuersorũ, palmã virtutis inter cæteros tulit. Priusquam bellũ inter Ptolemæum, sociosq; eius, aduersus Antigonũ committeretur, repente ex Asia maiore digressus Seleucus, nouus Antigono hostis accesserat. Huius quoq; & virtus clara, & origo admirabilis fuit. Siquidem mater eius Laodice, cùm nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem, ex cõcubitu Apollinis cõcepisse, grauidámq; factam, in munus concubitus annulũ à Deo accepisse, in cuius gẽma, anchora sculpta esset. Iussáq; id donũ filio, quẽ peperisset dare. Admirabilẽ fecit hunc visum & annulus

Thraces, & Ponticos intelligit.

Seleuci regis Syriæ origo.

qui postera die, eiusdē scripturæ in lecto inuentus est, & figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cū ipso paruulo fuit. Quamobrē Laodice annulum Seleuco eūti cū Alexādro Magno ad Persicā militiam, edocto de origine sua, dedit. Vbi post mortem Alexandri, occupato regno orientis, vrbē condidit, ibiq; geminæ originis memoriam cōsecrauit. Nam & vrbem ex Antiochi patris nomine, Antiochiā vocauit, & cāpos vicinos vrbi Apollini dicauit. Originis eius argumentū etiam posteris mansit. Siquidem filij nepotésq; eius anchoram in femore, veluti notam generis naturalē habuere. Multa in Oriēte post diuisionē inter Socios regni Macedonici bella gessit, Principio Babyloniam cepit: inde auctis ex victoria viribus, Bactrianos expugnat. Transitum deinde in Indiam fecit, quæ post mortē Alexādri, veluti à ceruicibus iugo seruitutis excusso, præfectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandrocottus fuerat: sed titulum libertatis post victoriā in seruitutem verterat. Siquidem occupato regno populum, quem ab externa dominatione vendicauerat, ipse seruitio premebat. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatē maiestate numinis impulsus: quippe cùm procacitate sua Alexandrum regē offendisset, interfici à rege iussus salutem pedū celeritate quæsierat. Ex qua fatigatione cùm somno captus iaceret, leo ingens fu-

Anchora naturalis nota Antiochi & eius nepotum.

Seleuci gesta.

Mirum de leone.


rens

ad dormientem accessit, sudoremq́ue profluentem lingua eitersit, expergefactumq. blãde reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus contractis latronibus, Indos ad nouitatem regni solicitauit: molienti deinde bellum aduersus praefectos Alexãdri, elephantus ferus infinitae magnitudinis vltrò se obtulit, & veluti domita mãsuetudine, eũ tergo excepit, duxq́ue belli, & praeliator insignis fuit. Sic acquisito regno, Sandrocottus ea tempestate, qua Seleucus futurae magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiã possidebat: cũ quo facta pactione Seleucus, cõpositisq́ue in Oriente rebus, in bellũ Antigoni descendit. Adunatis igitur omniũ sociorũ copiis, praeliũ committitur: in eo Antigonus occiditur: Demetrius filius eius in fugam vertitur sed socij profligato hostili bello, denuo in semetipsos arma vertunt: & cùm de praeda non conueniunt, iterum in duas factiones deducũtur. Seleucus Demetrio, Ptolemaeus Lysimacho iungitur: Cassandro defuncto Philippus filius succedit: sic, quasi ex integro, noua Macedoniae bella nascuntur.

Elephantus spõte se Sandrocotto offert.

Quae conficiebant LXIIII. M. pedi tum equitum X. M D. elephantos CCCC. cur rus CXX. Plu. in vita Demetrii.

IVSTINI LIBER XVI.



POST Cassandri regis, filiiq́ue eius Philippi cõtinuas mortes, Thessalonicè regina, vxor Cassãdri, non magno pòst tẽpore, ab Antipatro

Impij & crudelis parricidij exemplum.

filio cùm vitã etiam per vbera materna depre caretur, occiditur. Causa parricidij fuit, quòd post mortẽ mariti in diuisione inter fratres regni, propẽsior fuisse Alexãdro videbatur. Quod facinus eò grauius omnibus visum est, quòd nullũ maternæ fraudis vestigiũ fuit. QVANQVAM IN PARRICIDIO NVLLA SATIS IVSTA CAVSA AD SCELERIS PATROCINIA PRÆTEXI POTEST. *Ob hac igitur Alexander in vltionem maternæ necis gesturus cum fratre bellum, auxiliũ à Demetrio petit: nec Demetrius spe inuadẽdi Macedonici regni, moram fecit. Cuius aduentũ verens Lysimachus, persuadet genero suo Antipatro, vt malit cũ fratre in gratiam reuerti, quã paternum hostem in Macedoniam admitti. Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem cũ præsensisset Demetrius, per insidias Alexandrũ interficit: occupatóq. Macedoniæ regno, cædẽ apud exercitũ excusaturus, in cõcionẽ vocat. Ibi priorẽ se petitũ ab Alexandro allegat, nec fecisse se sed*occupasse insidias. Regem autem se Macedoniæ vel ætatis experimẽtis, vel causis iustiorẽ esse. Patrẽ enim suũ & Philippo regi, & Alexandro magno socium in omni militia fuisse. Liberorum deinde Alexandri ministrũ, & ad persequendos defectores ducem extitisse. Contrà Antipatrum auum horum adolescentum, amariorem semper ministrum regni quàm*

ipsos

Mater à filio necata Plut. in Demetrio.

Pyrrhum auxilio fuisse Alexãdro, scribit Plut.

Vno quippe die anteueniens Alexandrũ Plut.

*præoccupasse.

ipsos reges fuisse. Cassandrum verò patrem extinctorem regiæ domus, non fœminis, non pueris pepercisse: nec cessasse, quo ad omnem stirpem regiæ sobolis deleret. Horum scelerum ultionem, quia nequisset ab ipso Cassādro exigere, ad liberos eius tra[n]slatam. Quamobrem etiam Philippum, Alexandrūq; (si quis manium sensus est) non interfectores suos, ac stirpis suæ, sed ultores eorum, Macedoniæ regnū tenere malle. Per hæc mitigato populo, rex Macedoniæ appellatur. Lysimachus quoq;, cū bello* Doricetis regis Thracum premeretur, ne eodem tempore & aduersus Demetrium dimicare necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniæ, quæ Antipatro eius genero obuenerat, pacē cum eo fecit. Igitur Demetrius totis Macedoniæ regni viribus instructus, cùm Asiā occupare statuisset, [illegible] Ptolemæus, Seleucus, & Lysimachus [illegible] priore certamine, quantæ vires concordiæ essent, pacta societate, *adiunctisque exercitibus, bellum aduersus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se, & belli socium iungit Pyrrus rex Epiri sperans non difficilius Demetrium Macedoniam amittere posse, quàm acquisiuerat. Nec spes frustra fuit: Quippe exercitu eius corrupto, ipsóque in fugam acto, regnum Macedoniæ occupauit. Dum hæc aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum regnum Macedoniæ ademptum sibi soceri frau-

*Dromicheitis legit Plut.

Regū conspiratio de bello aduersus Demetriū communiter gerendo.

*adunatisque

Fugit cassandriam

do, quærentem interfecit: filiámq. suam Eurydicem, quæ clarum sociam in custodiam tradit: atq. ita vniuersa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ, pœnas partim cæde, partim supplicio luit. Demetrius quoque à toto exercitibus circũuentus, cùm posset honestè mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello, Ptolemæus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, eiusque rei populo rationem reddiderat, cuius non minor fauor in accipiendo, quàm patris in tradendo regnum fuerat. Inter cætera patris & filij mutuæ pietatis exempla, etiam ea res amorē parem populi iuueni conciliauerat, quòd pater regno ei publicè tradito, priuatim officiũ regi inter satellites fecerat, omnĩque regno pulchrius regis esse patrem dixerat. Sed inter Lysimachum, & Pyrrhum regem, socios paulò antè aduersus Demetrium,

De Demetri morte Plut. in eius vita.

Ptolemeus Lagi filius moritur.

ASSIDVVM INTER PARES DISCORDIA MALVM, *bellum mouerat. Victor Lysimachus, pulso Pyrrho Macedoniã occupauerat. Inde Thraciæ, ac deinceps Heracleæ bellum intulerat: cuius vrbis & initia & exitus mirabiles fuere. Quippe Bœotiis pestilentia laborantibus, oraculum Delphis responderat, coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent. Cùm propter metum longæ, & pericu-*

Bellũ Lysimachi & Pyrrhi.

Origo vrbis Heracleæ.

*periculosæ nauigationis, mortem in patriam omnibus præoptantibus, res omissa esset, bellum his Phocenses intulerunt. Quorum cùm aduersa prælia paterentur, iteratò ad oraculum decurrunt, Responsum, Idem belli, quod pestilentiæ remedium fore. Igitur cõscripta colonorum manu, in Metapontum delati, urbem Heracleam condiderunt. Et quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erãt, breui pòst tẽpore magnas opes parauere. Multa deinde huius urbis aduersus finitimos bella, multa etiã domesticæ dissẽsionis mala fuere. Inter cætera magnifica, vel præcipuè illud memorabile fuit: Cùm rerũ potirẽtur Athenienses, victisque Persis, Græciæ & Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent, omnibus cupidè ad præsidium salutis suæ cõferentibus, soli Heraclienses ob amicitiam regum Persicorum, collationem abnuerãt. Missus itaq; ab Atheniensibus Malachus cum exercitu ad extorquendum quod negabatur, dum relictis in littore nauibus, agros Heracliẽsium populatur, classem cum maiore parte exercitus, naufragio repentinæ tempestatis amisit. Itaque cùm neque mari posset, amissis nauibus, neq. terra audere cũ parua manu, inter tot ferocissimas gentes reuerti, Heraclienses honestiorem beneficÿ, quàm ultionis occasionem rati, instructos commeatibus, auxiliisque dimittunt, bene agrorum suorum *postulationẽ existimantes, si quos ho-*

Heracliensium gesta.

Melachus

Humanitas in hostes.

*popu- ne

Impensam exist. *stes habuerant, amicos reddidissent. Passi sunt inter plurima mala, etiam tyrãnidem: siquidem cùm plebs etiam nouas tabulas, & diuisionem agrorum diuitum impotenter flagitarent, diu re in senatu tractata, cùm exitus rei nõ inueniretur, ad postremum aduersus plebem nimio otio lasciuiētem auxilia à Timotheo, Atheniēsium duce, mox ab Epaminōda Thebanorum petiuere.* Epiphonema. *Vtrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt, Tanta calamitatū necessitas fuit, vt cui patriā interdixerant, eū ad tutelam patriæ vocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, & dissensionem populi occasionē inuadendæ tyrānidis existimans, primò tacitè cum Mithridate, ciuium suorum hoste, colloquitur, & inita societate paciscitur, vt reuocatus in patriā, prodita ei vrbe, præfectus eius constitueretur.* Exemplum versipellis, & fraudulenti animi Clearchus *Posteà autē insidias, quas ciuibus parauerat, in ipsum Mithridatē verterat. Nāque cùm velut arbiter ciuilis discordiæ, de exilio reuersus esset statuo tempore, quo vrbem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit, captúmque, accepta ingenti pecunia, dimisit. Atque vt in illo subitum se ex socio fecit hostem sic ex defensore senatoriæ causæ repentè patronus plebis euasit: & aduersus autores potentiæ suæ, à quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, nō solùm plebem accendit, verumetiam infandissi-*

ma quæq. tyrannica crudelitatis exercuit. Igitur populo ad cõcionem vocato, neque se affuturum amplius grassanti in populum senatui. *ait non intercessurum, cõtra affuturũ etiam plebi, si in pristina sæuitia perseueret, & si pares se crudelitati senatorum arbitrarẽtur: abiturum cum militibus suis, neq. ciuilibus discordiis interfuturũ, sin verò diffidant viribus propriis, vindicẽ ciuiũ non defuturum. Proinde cõsulant sibiipsi, iubeant abire, si malint, vel socium causæ popularis remanere. His verbis solicitata plebs summum ad eum imperiũ defert: & dũ senatus potẽtiæ irascitur, in seruitutẽ se tyrãnicæ dominationis cũ coniugibus & liberis tradit. Igitur Clearchus LX. senatores cõprehẽsos (nam cæteri in fugam dilapsi erant) in vincula cõpingit. Læta plebs, quòd à duce* potissimum senatorum, senatus deleretur, versaq; vice, auxilium eorum in exitium conuersum esset. Quibus dum mortẽ passim omnibus minatur, cariora eorum pretia facit: siquidẽ Clearchus magna pecunia (quasi minis populi occultè eos subtracturus) accepta, spoliatos fortunis, vita quoque spoliauit. Cognito deinde, quòd bellum sibi ab iis, qui profugerant, misericordia in auxilium solicitatis ciuitatibus, pareretur, seruos eorum manumisit. Et ne quid in afflictis honestissimis domibus deesset, vxores eorum, filiásque nubere seruis suis, proposita recusantibus morte, compellit,

*alias, ait intercessurum etiam si in prist.

Clearchi sæuitia.

Non ergo inscitè admonet Cõmicus, Ita fugiamus, ne præter causam.

*potissimo

* grauiores.

Heracliensium matronarum clade.

*ut eos sibi fidiores, & dominis infestiores redderet. Sed matronis tā lugubres nuptiæ, *maiores repentinis funeribus fuere. Itaque multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptiis, occisis prius nouis maritis, interficiunt, & se tā funestis calamitatibus, virtute ingenui pudoris, eripiunt. Prælium deinde committitur: quo victor tyrānus captiuos senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit. Reuersus in urbē, alios vincit, torquet alios, alios occidit: nullus locus vrbis à crudelitate tyrāni vacat. Accedit sæuitiæ insolentia, crudelitati arrogātia. Interdum enim ex successu cōtinuæ felicitatis obliuiscitur se hominem. Interdum Iouis filium se dicit. Eūti per publicum, aurea aquila, velut argumentū generis, præferebatur: veste purpurea, & cothurnis regum tragicorum, & aurea corona vtebatur: filium quoque suum Ceraunon vocat, vt Deos non mendacio tantùm, verumetiam nominibus illudat. Hæc illum facere, duo nobilissimi iuuenes Chion & Leonides indignātes, patriā liberaturi, in necem tyranni conspirant. Erant hi discipuli Platonis Philosophi, qui virtutem, ad quam quotidie præceptis magistri erudiebātur, patriæ exhibere cupiētes, quinquaginta cognatos, veluti clientes, in insidiis locant. Ipsi more iurgantium, ad tyrannum, veluti ad regem, in arcem contendunt: qui iure familiaritatis admissi, dum alterum priorem dicentem intentus*

Chionis & Leonidæ discipulorum Platonis in tyrānum conspiratio.

audit

audit tyrānus, ab altero occupatur. Sed ipſi, ſociis tardius auxilium ferentibus, à ſatellitibus obruūtur. Quare factū eſt, vt tyrannus quidem occideretur, ſed patria nō liberaretur. Nā frater Clearchi Satyrus eadem via tyrannidē inuadit, multiſque annis per gradus ſucceſſionis, Heraclienſes regum tyrannorum fuere. Clearchi cædes. Satyrus.

IVSTINI LIBER XVII.

PER idē fermè tempus in Helleſpōti & Cherroneſi regionibus, terræmotus fuit maximus: tātum vrbs Lyſimachia: ante duos & viginti annos à Lyſimacho, cōdita, euerſa eſt. Quod portētū dira Lyſimacho, ſtirpiq; eius, ac ruinā regni, cum clade vexatarum regionum portendebat. Nec oſtentis fides defuit: Nā breui pōſt tēpore, Agathoclē filium ſuum, quem in ſucceſſionem regni ordinauerat, per quē multa bella proſperè geſſerat, nō ſolū patriū, verumetiam humanum vltra morem peroſus, miniſtra Arſinoe nouerca, veneno interfecit. Hæc illi prima mali labes hoc initium impēdentis ruinæ fuit. Nam parricidium principum ſequutæ cædes, ſunt luentiū ſupplicia, quòd occiſum iuuenem dolebant. Itaque & hi, qui exercitibus præerant, certatim

Terræmotus.

Agathocles, Lyſimachi filius veneno necatur.

ad Seleucum deficiebant, cúmq. pronum iam ex æmulatione gloriæ bellũ Lysimacho inferre cõpellunt. Vltima pugna inter Alexandri principes. *Vltunum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, & velut ad exemplum fortunæ par reseruatum. Lysimachus quatuor &* LXX. *annos natus erat. Seleucus septẽ &* LXX. *Sed in hac ætate vtrique animi iuueniles erãt, imperiíque cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cum orbem terrarum duo soli tenerent, angustiis sibimet inclusi videbantur, vitæq; finem non annorum spatio, sed imperij terminis metiebantur.* Lysimachus, victus à Seleuco, occiditur. *In eo bello Lysimachus amissis antea variis casibus* XV. *liberis non instrenuè moriẽs, postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. Lætus tanta victoria Seleucus, & quod maius victoria putabat, solũ se de cohorte Alexandri mansisse, victorémq. victorum extitisse, non humanũ opus esse, sed diuinũ munus gloriatur, ignarus prorsus, non multò pòst, fragilitatis humanæ seipsum exemplum futurum. Quippe post menses admodum septẽ à Ptolomæo, cuius sororem Lysimachus in matrimoniũ habuerat, per insidias circumuentus occiditur: regnúmq. Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita pariter amittit.* Seleuci mors. *Igitur Ptolemæus & in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, & in fauorẽ vltionis Lysimachi ambitiosus apud populares esset, primò Lysimachi filios conciliare sibi statuit, nuptiásque Arsionæ, sororis suæ*

matris

matris eorum petit: puerorũ adoptione promissa, vt cum in locum eorum successisset, nihil illi moliri, vel verecundia matris, vel appellatione patris auderent. Patris quoque regis Aegypti concordiam per epistolas deprecatur, professus deponere se offensam erepti paterni regni, neq; amplius à fratre quæsiturum, quod honestius à paterno hoste perceperit. Omnique arte adulatur Eumeni, & Antigono Demetrij filiis, Antiocho filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus, ingens momẽtũ futurus, vtri patri socius accessisset, qui & ipse spoliare singulos cupiens, omnibus se Patribus vẽdicabat. Itaque Tarentinis aduersus Romanos, laturus auxiliũ, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuò petit: ab Antiocho pecuniã, qui opibus quàm militibus instructior, erat: à Ptolemæo Macedonum militum auxilia. Sed Ptolemæus, cui nulla dilationis ex infirmitate virium venia esset, quinque millia peditũ, equitum IIII. millia, elephantos quinquaginta, non amplius, quàm in biennij vsum dedit. Ob hæc Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimoniũ accepta, vindicem eum regni reliquit. Sed quoniam ad Epiri mentionem ventum est, de origine regni eius pauca narranda sunt. Molissorum primũ in ea regione regnum fuit: Pòst Pyrrhus Achillis filius, amisso per absentiã Troianis tẽporibus*

Ptolemæi solertia.

*venditabat Phyrhi aduersus Rom. expeditio.

Anno ab vrbe condita CCCC. LXIIII.

Orosius. Epirotici regni origo.

peribus paterno regno, in his locis consedit, qui Pyrrhidæ primò, postea Epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus cùm in tēplum Dodonæi Iouis ad cōsulendū venisset, ibi Anasam neptem Herculis rapuit, ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opésque affinitatum auxilio magnas parauit: atque ita Heleno filio Priami regis, ob industriam singularem vaticinandi regnum Chaonum, & Andromachem Hectoris quam & ipse matrimonio suo in diuisione Troianæ prædæ acceperat, vxorē reddidit: breuíq. pòst tempore, Delphis insidiis Orestis, filij Agamemnonis, inter altaria Dei interiit. Successor huic Pilades filius fuit. Per ordinem deinde regnū ad* Arymbā descēdit: cui quoniā pupillus & vnicus ex gente nobili superesset, intentiore omniū cura seruandi eius, educandíq., publicè tutores constituuntur. Athenas quoq. erudiendi gratia, missus, quantò doctior maioribus suis, tantò & gratior populo fuit. Primus itaque & leges: & senatū, annuósque magistratus, & reip.formam composuit: & vt à Pyrrho sedes, sic vita cultior populo ab Arymba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit: ex quo nata est Olympias, mater Alexādri Magni, & Alexander, qui post eum regnum Epiri tenuit, & in Italia bello gesto, in Brutiis interiit. Post eius mortem, frater Aeacides regno successit, qui assiduis

Pyrrhi successores.

Proditione Machaei sacerdotis. Euseb.

*Arybam.

Olympias Neoptolemi filia.

dinis aduersus Macedones bellorũ certaminibus populum fatigando, offensam ciuium contraxit, ac propterea in exilium actus, Pyrrhum filium bimum, admodum paruulũ in regno reliquit; qui & ipse cum à populo propter odium patris, ad necem quæreretur, furtim subtractus in Illyrios defertur, traditúsque est Beroæ, Glauci regis uxori, nutriendus, quæ & ipsa generis Aeacidarum erat. Ibi eum seu misericordia fortunæ eius, seu infantibus blandimentis inductus rex, aduersum Cassandrum Macedoniæ regem, qui eum belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis officio. Quibus rebus moti Epirotæ odio in misericordiam verso annorum XI. *eum in regnum reuocauerunt, datis tutoribus, qui regnum usque ad adultam eius ætatem tuerentur. Adolescens deinde multa bella gessit: tantúsque rerum successu haberi cœptus est, ut Tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse videretur.*

Glauciam, regem Illyriorum. Plut. appellat. Ad genu, enim deuolutũ puerum, mox vestem regis apprehendisse, scribit Plut.

IVSTINI LIBER XVIII.



GITVR *Pyrrh⁹ rex Epiri, cùm iterata Tarẽtinorũ legatione, additis Samnitũ & Lucanorũ precib⁹, & ipsis auxilio adu rs⁹ Romanos indulgentibus, fatigaretur, nõ tã supplicum precibus*

precibus quãspe inuadẽdi Italiæ Imperij inductus, venturũ se cũ exercitu pollicetur. In quam rem inclinatum semel animum, præcipitẽ agere cœperant exẽplo maiorũ: ne aut inferior patruo suo Alexãdro videretur. quo defensore ydẽ Tarẽtini aduersus Brutios vt fuerant: aut minores animos Magno Alexãdro habuisse, qui tã longa à domo militia Oriẽtẽ subegit. Igitur relicto custode, regni filio Ptolemæo annos XV. natò, exercitũ in portu Tarẽtino exponit, duobus paruulis filiis Alexãdro & Heleno in solatia lõginqua secũ expeditionis adductis. Cuius audito aduentu, Consul Romanus Valerius Leuinus festinans, vt prius cum eo congrederetur, quàm auxilia sociorum conuenirent, exercitũ in aciem deducit: Nec rex, tam etsi numero militum inferior esset, certamini moram fecit. Sed Romanos vincentes iam, inusitata antea elephantorũ forma stupere primò, mox cedere prælio coegit, victorésq. iam noua Macedonum monstra repentè vicerũt. Nec hostibus incruenta victoria fuit: Nam & ipse Pyrrhus grauiter vulneratus est, & magna pars militum eius cæsa, maiorémque gloriam eius victoriæ, quàm lætitiam habuit. Huius pugnæ euentum multæ ciuitates secutæ, Pyrrho se tradunt. Inter cæteros etiam Locri, prodito præsidio Romano, ad Pyrrhum deficiũt. Ex ea præda Pyrrhus CC. captiuos milites Romã gratis remisit, vt cognita virtute eius, Romani

Pyrrhi in Italiam aduentus.

Sannitum, & Lucanorum.

Plut. Nam elephantos Italia primum vidit Pyrrhi bello.

Pin. lib. 8. cap. 6. XIII. M. ferunt cæsos ex Epirotis. Plut.

mani

mani cognoscerent etiam liberalitatem. Interiectis deinde diebus, cùm sociorum exercitus superuenisset, iteratò prælium cum Romanis factu, in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago, dux Carthaginiensium, in auxilium Romanorũ, cum CXX, nauibus missus, senatum adiit, ægrè tulisse Carthaginiẽses affirmans, quòd bellum in Italia à peregrino rege paterentur. Ob quam causam missum se, vt, quoniam externo geste oppugnarentur, externis auxiliis iuuarentur. Gratia à senatu Carthaginiensibus acta, auxiliáque remissa. Sed Mago Punico ingenio post paucos dies tacitus quasi pacificatur Carthaginiensiũ, Pyrrhũ adiit speculaturus cõsilia eius de Sicilia, quò eũ accersiri fama erat. Nam Romanis eadem causa mittẽdi auxilij Carthaginiensibus fuerat, vt Romano bello, ne in Siciliam Pyrrhus transire posset, in Italia detineretur. Dum hæc agũtur, legatus à senatu Romano Fabricius Lucinus missus, pacem cum Pyrrho cõposuit. Ad quam confirmandam, Cyneas Romã cũ ingentibus à Pyrrho donis missus, neminem, cuius domus muneribus pateret, inuenit. Huic cõtinentiæ Romanorum simile exemplum iisdem ferme tẽporibus fuit. Nam missa à senatu, in Aegyptum legatione, cùm ingentia sibi à Ptolemæo rege missa munera spreuissent, interiectis diebus ad cœnam inuitatis, aureæ coronæ missæ sunt, quas illi honoris causa receptas: postera

Auxilia Carthaginiensium.

Punica fides & ingenium.

Tam virorum quàm munerum vsui apta. Val. Max.

Qui & senex, & cæcus in senatum delatus erat, Cic. in I. Ant.

postera die statutis regis imposuerunt. Igitur Cyneas cum turbatam cum Romanis pacem ab Appio Claudio renuntiasset, interrogatus à Pyrrho, Qualis Roma esset respondit, REGVM VRBEM SIBI VISAM. Post hæc legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis Carthaginiensium bellis vexabatur. Itaq. relicto Locris Alexandro filio, firmatisque ciuitatibus valido præsidio, in Siciliam exercitum traiecit. Et quoniam ad Carthaginiensium mentionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerant. Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi vrbe, quam à piscium vbertate, Sidona appellauerunt. Nam piscem Phœnices sidon vocant. Post multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati, nauibus appulsi, Tyron vrbem ante annum Troianæ cladis condiderunt: ibi Persarum bellis diu, varièque flagitati, victores quidem fuere: sed attritis viribus, à seruis suis multitudine abundantibus, indigna supplicia perpessi sunt: qui conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt, atque ita potiti vrbe, lares dominorum occupant, Rempub. inuadunt, coniuges ducunt, & quod ipsi non erant,

Pyrrho traditur Sicilia.

Carthaginiensium origo.

Sidon vnde dicta.

Tyrus quando condita.

Conspiratio seruorum in Tyro, in dominos

erant, liberos procreāt. Vnus ex tot millib. seruorū fuit, qui miti ingenio, senis domini, paruulíq; filij eius fortuna moueretur, dominósq; non traci feritate trucidauit, sed pia misericordia ac humanitate respexit. Itaq; cū velut occisos abie nasset, seruísq; de statu Reip. deliberantib. placuisset regem ex suo corpore creari, eúmq; potissimum quasi acceptissimū dijs, qui solem orientem primus vidisset: rem ad Stratonē (hoc enim nomen ei erat) dominū occultè latentē detulit. Ab eo informatus, cùm medio noctis omnes in vnū campum processissent, cæteris in Orientem spectantibus, solus Occidentis regionē intuebatur. Id primum alijs videri furor, in Occidente solis ortū quærere. Vbi verò dies adulescere cœpit, editissimísq; culminibus vrbis Orientis splēdore, & spectantibus alijs, vt ipsum solē aspicerent, hic primus omnibus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit. Nō seruilis ingenij ratio visa: requirentibus autorē, de domino cōfitetur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent. MALITIAQVE SERVOS, NON SAPIENTIA VINCERE. Igitur venia seni filióque data est, & velut numine quodam reseruatos arbitrantes, regem Stratonem creauerūt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorum facinus, metuendúmq; exemplum toto orbe terrarum fuit.

Exēplum crudelitatis seruorum in dominos.

Stratonis solertia.

Strato rex creatur.

Alexander crudelitatis seruilis vltor.

Itaq. Alexãder Magnus, cum interiecto tempore in Oriente bellũ gereret, velut vltor publicæ securitatis, expugnata eorum vrbe, omnes qui prælio superfuerãt, ob memoriã veteris cædis crucibus affixit: genus tantũ Strationis inuiolatum seruauit, regnúmq. stirpi eius restituit: ingenuis & innoxiis incolis insulæ attributis, vt extirpato seruili germine, genus vrbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tyrij Alexandri auspicij conditi, PARSIMONIA ET LABORE QVÆRENDI citò conualuere. Ante cladem dominorum, cum & opibus, & multitudine abundarent, missa in Aphricam iuuentute, Vticam condidere: cum interim rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Elissa filia insignis forma virgine heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Elissa quoque Sychæo auunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus à rege erat, nupsit. Huic magnæ, sed dissimulatæ opes erant, aurúmq. metu regis nõ tectis, sed terræ crediderat: quam rẽ etsi homines ignorabãt, fama tamen loquebatur. Qua incensus Pygmalion oblitus iuris humani, auunculum suum, eundémque generum suum, sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus auersata, ad postremum dissimulato odio, mitigatóque interim vultu, fugam tacitè molitur: assumptis quibusdam principibus in societa-

Tyriorum origo.

Vrica conditur.

Elissa, quæ & Dido. Ille Sychæũ.

Impius ante atas, atque auri cęcus amore Clam ferro incautum superat. Vergil. 1. Æneid.

citatem, quibus par odium in regẽ esse eadémque fugiendi cupiditatem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggreditur, fingit se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidæ obliuionis grauem luctus imaginem renouaret. néve vltra amara admonitio oculis eius occurrat. Non inuitus Pygmalion verba sororis audiuit, existimans cum ea & aurum Sichæi ad se venturũ. Sed Elissa ministros migrationis à rege missos, nauibus cum opibus suis prima vespera imponit, prouectáq; in altum, cõpellit eos onera arena pro pecunia inuolucribus inuoluta, in mare deiicere. Tunc deflués ipsa lugubríq; voce *Sicharbã exorat, vt libens opes suas recipiat, quas reliquerat, habeátq; inferias quas habuerat causam mortis. Tũc ipsos ministros aggreditur: sibi quidem ait optatam olim mortẽ, sed illis acerbos cruciatus, & dira supplicia imminere. qui *Sicharbæ opes: quarum spe parricidium rex fecerit, auaritiæ tyrãni subtraxerũt. Hoc metu omnibus iniecto, comites fugæ accepit. Iunguntur & senatorũ in ea nocte præparata agmina, atq; ita sacris Herculis, cuius sacerdos *Sicharbas fuerat, repetitis, exilio sedes quærũt. Primus illis appulsus terræ, Cyprus insula fuit: vbi sacerdos Iouis, cum coniuge & liberis, dei monitu comitẽ se Elissæ, sociúmq; fortunæ offert pactus sibi, posterísque perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omine accepta. Mos

Visus enim auget dolorem. Cic.

Didonis astus & fuga.

*Sichæum.

*Sichæi.

*Sichæus

Cypriorũ mos in prostituẽdis virginibus.

erat Cypriis, virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quæsituras, in quæstũ ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamẽta Veneri soluturas. Harũ igitur ex numero LXXX. admodum virgines, rapi, & nauibus imponi Elissa iubet, vt & iuuẽtus matrimonia, & vrbs sobolẽ habere posset. Dum hæc agũtur, Pygmaliõ cognita sororis fuga, cùm impio bello fugientẽ persequi pararet, ægrè precibus matris & deorũ minis victus, quieuit: cui cum inspirati vates canerent: nõ impunè laturum, si incrementa vrbis toto orbe auspicatissimæ interpellasset, hoc modo spatium respirandi fugientibus datum. Itaque Elissa delata in Africæ finibus, incolas loci eius aduẽtus peregrinorum, mutuarúmq; rerum cõmercio gaudentes, in amicitiam solicitat: deinde empto loco, qui corio bouis tegi posset, in quo fessos longa nauigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset, coriũ in tenuissimas partes secari iubet, atq; ita maius loci spatium, quàm petierat, occupat, vnde postea ei loco Byrsæ nomen fuit. Cõfluentibus deinde vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant: sedésque ibi statuentibus, ex frequentia hominũ, veluti instar ciuitatis effectum est. Vticensiũ quoque legati dona vt consanguineis attulerunt, hortatiq; sunt, & vrbem conderent, vbi sedes sortiti essent. Sed & Afros detinendi aduenas amor cœpit. Itaq; cõsentientibus

Didonis in Africã aduẽtus.

Mercatíque solum de nomine Byrsan, Taurino quantum possent circundare tergo.

Vero-

tibus omnibus, Carthago conditur, statuto annuo vectigali pro solo vrbis. In primis fundamentis caput bubulum inuentũ est: quod auspicium quidẽ fructuosæ terræ, sed laboriosæ, perpetuóq; seruæ vrbis fuit: propter quod in alium locum vrbs translata. Ibi quoque caput equi repertum, bellicosum potentémq; populũ futurum significans vrbi auspicatam sedem dedit. Tunc ad opinionem nouæ vrbis concurrentibus gentibus, breui & populus, & ciuitas magna facta est. Cùm successu rerum florentes Carthaginis opes essẽt, rex Mauritanorum Hiarbas decem Pœnorũ principibus ad se accersitis, Elissæ nuptias sub belli denunciatione petit: quod legati reginæ referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt, nunciantes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, victúsque eum, Afrósque perdoceat: sed quenquam inueniri non posse, qui ad Barbaros, & ferarũ more viuentes, transire à consanguineis velit. Tunc à regina castigati, si pro salute patriæ asperiorem vitam recusarent, cui etiam ipsa vita si res exigat, debeatur: regis mandata aperuere, dicentes, quæ præcipiat aliis, ipsi facienda esse, si velit vrbi consultum esse. Hoc dolo capta diu *Sicharbæ viri nomine, cũ multis lacrymis & lamẽtatione flebili inuocato, ad postremũ ituram se quò sua & vrbis fata vocarent, respondit. In hoc trium mensium sumpto spatio, pyra in vltima parte vrbis

Carthago conditur.

Bouis & equi caput auspicium Carthaginis.

Getulorũ regẽ Vergilius facit Hiarbam.

* Sicheum.

extructa velut placatura viri manes, inferiásq; ante nuptias missura, multas hostias cædit, & sumpto gladio pyrã conscendit. Atq; ita ad populum respiciens, ituram se ad virum, sicut præceperat, dixit, vitámq; gladio finiuit. Quamdiu Carthago inuicta fuit, pro Dea culta est. Cõdita est urbs hæc LXXII. *annis ante quàm Romæ: cuius virtus sicut bello clara fuit; ita domi status variis discordiarum casibus agitatus est. Cùm inter cætera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione, & scelere pro remedio vsi sunt. Quippe homines, vt victimas immolabant, & impuberes (quæ ætas etiã hostium misericordiam prouocat) aris admouebant, pacẽ deorum sanguine eorũ exposcentes, pro quorum vita dij rogari maximè solent. Itaque *aduersis tanto scelere numinibus, cùm in Sicilia diu infeliciter dimicassent, trãslato in Sardiniã bello, amissa maiore exercitus parte, graui prælio victi sunt. Propter quod ducem suum* Machæũ, cuius auspiciis & Siciliæ partẽ domuerant, & aduersus Afros magnas res gesserant, cũ parte exercitus, quæ superfuerat exulare, iusserunt. Quã rem ægrè ferẽtes milites, legatos Carthaginem mittunt, qui reditũ primũ veniámq; infelicis militiæ petãt: denũciẽt, quòd si precibus nequeant, armis se cõsecuturos. Cum preces & minæ legatorũ speratæ essẽt, interiectis diebus cõscensis nauibus armati ad vrbem veniunt: ibi*

De origine cõditorib. anno cõditionis, mirè variant autores. vide Eusebium & Apuleium.

*auersis.

* Mazeum Orosius habet. Machæus Carthaginensium imperator, exulat.

deos.

*deos hominésque testati nõ se expugnatum, sed recuperatũ patriam venire, ostensurúsq; ciuib⁹ suis, non virtutẽ sibi priore bello, sed fortunam defuisse. Prohibitis cõmeatibus, obsessáq; vrbe, in summam desperationem Carthaginiẽses adduxerũt. Intereà Cartalo Machæi ducis exulis filius, cũ præter castra patris à Tyro, quò decimas Herculis ferre, ex præda Siciliensi, quam pater eius ceperat, à Carthaginiensibus missus fuerat, reuerteretur, accersitúsq; à *patria esset, publica se prius religionis officia executurum, quàm priuatæ pietatis, respõdit. Quam rem etsi ægrè ferret pater, nõ tamẽ vim afferre religioni ausus est. Interiectis deinde diebus Cartalo petito commeatu à populo, cùm reuersus ad patrẽ esset, ornatúsq; purpura, & infulis sacerdotij omniũ se oculis ingereret, tũ in secretũ pater adducto ait, Ausus ne es, nefandissimũ caput, ista purpura & auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuiũ venire, & mœsta ac lugentia castra circumfluẽtibus quietæ felicitatis insignibus, velut exultabundus intrare? Nusquam ne te aliis iactare potuisti? Nullus locus aptior, quàm sordes patris, & exilij infelicis ærumnæ fuerunt? Quid, quòd paulò antè vocatus, nõ dico patrẽ, ducẽ certè ciuiũ tuorũ superbè sprevisti? Et quid porrò tu in purpura ista coronisq; aliud, quàm victoriarum mearum titulos geris? Quoniam igitur tu in patre nihil nisi exulis nomen*

Carthaginienses à suis oppugnantur militibus.

* patre.

Exemplum crudelitatis paternæ ergà filiũ.

agnoscis: ego quoq; imperatorē me magis, quàm patrem indicabo, statuámque in te exēplum, ne quis posthac infelicibus miseriis patris illudat. Atque ita cū ornatu suo, in altissimam crucē in conspectu urbis affigi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginē capit, euocatóq; populo ad concionē, exilij iniuriam queritur, belli necessitatē excusat, contētúmque victoriarum suarum, punitis autoribus miserorū ciuium, iniuriosi exilij omnibus se veniam dare dicit. Atq; ita decē senatorib. interfectis, urbē legibus suis reddidit. Nec multò post tēpore affectati regni accusat[9], duplicis & in filio & in patria parricidij pœnas dedit. Huic Mago imperator successit, cuius industria, & opes Carthaginensium, & imperij fines, & bellicæ gloriæ laudes creuerant.

Cartalo filius à patre Mahæ cruci affigitur

Acta sunt hæc tempore Cyri regis. Oros.

IVSTINI LI-
LIBER XIX.

Seipsum is Mago interfecerat, ob rē male gestam contra Syracusanos: ob quam rē in crucem sublatū est corpus mortui à Carthag. Plut. in vi-



MAGO Carthaginiensiū imperator, cùm primus omniū ordinata disciplina militari, imperium Pœnorū cōdidisset, viréſq; ciuitatis nō minus bellandi arte, quàm virtute firmasset, defungitur, relictis duobus filiis Asdrubale & Amilcare: qui per vestigia paternæ virtutis decurrētes, sicuti generi, ita & magnitudini patris succesſe-

tl.

successerũt. His ducibus Sardiniæ bellũ illatum: adversus Afros quoque, vectigal pro solo urbis multorum annorum repetentes, dimicatum: sed Afrorũ sicut causa iustior, ita & fortuna superior fuit, bellúmque cum his solutione pecuniæ nõ armis finitũ. In Sardinia quoque Asdrubal graviter vulneratus, imperio * Amilcari fratri tradito interiit, cuius mortẽ, tum luctus civitatis, tum dictaturæ undecim, & triũphi quatuor insignem fecere: hostibus quoque crevere animi veluti cum duce Pœnorum vires cecidissent. Itaq; Siciliæ populis propter assiduas Carthaginensium iniurias, ad Leonidam fratrẽ regis Spartanorum concurrentibus, grave bellum natũ, in quo & diu, & varia victoria præliatum fuit. Dũ hæc aguntur, legati à Dario Persarum rege Carthaginẽ veniunt, afferẽtes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare, et canina carne vesci prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius, quàm terra obruere à rege iubebantur, petentes simul auxilia adversus Græcos, quibus illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginienses auxilia negantes, propter assidua finitimorũ bella, cæteris ne per omnia contumaces viderentur, cupidè paruere. Intereà Amilcar bello Siciliensi interficitur, relictis tribus filiis Amilcone, Hannone, Gisgone. Asdrubali quoque par numerus filiorum fuit, Annibal, & Asdrubal, & Sappho. Per

* Cui cognomentum fuit Barcha.

Bellum Siciliense.

Darij edictum.

Miror quid venerit in mentem Iustino, cur Annibalem filium Asdrubalis dicat, cum secus habeant omnes ris

*hos res Carthaginiensium ea tẽpestate regebatur. Itaque & Mauris bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, & Afri compulsi stipendium urbis Cõditæ Carthaginiẽsibus remittere. Dein cum familia tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati esset, omniáq; agerent simul & iudicarent, centum ex numero senatorũ iudices deliguntur, qui reuersis à bello ducibus rationẽ rerum gestarum exigerent, ut hoc metu ita in bello imperia * cogitarent, ut domi iustitiam legésque respicerent. In Sicilia in locum Amilcaris, imperator Amilco succedit: qui cũ nauali terrestriq; bello secũda prælia fecisset, repentè pestilẽtis syderis ui exercitũ amisit: Quæ res cum nuntiata Carthagini esset, mæsta ciuitas fuit. Omnia ululatibus non secus ac si ipsa urbs capta esset, personabant: clausæ priuatæ domus, clausa deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata, cunctis deinde ad portum congregantur, egredientesq; paucos è nauibus, qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Vt verò dubia ante à spe, & suspenso metu, incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris illuxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus, & querulæ flebiles audiebãtur. Inter hæc procedit inops è naui sua imperator Amilco, sordida, seruilíque tunica discinctus: ad cuius conspectum plangentiũ agmina iunguntur. Ipse*

* agitarent

Almicari Amilco succedit.

Descriptio publici luctus.

Exemplis miserè affectæ vrbis.

Amilconis imperatoris Carth. la.

quoque

quoque manus ad cælum tendens, nunc fortes suam, nunc publicam fortunam deflet, nunc deos accusat, qui tāta belli decora, & tot ornamenta victoriarum, quæ ipsi dederant, abstulerint; qui captis tot urbibus, totiésque hostib. terrestri navalique prælio victis, exercitū victorē nō bello, sed peste deleuerint: deferre se tamē ciuibus suis non modicum solatia, quod malo eorū hostes gaudere, non gloriari possent: Quippe neque eos qui mortui sunt à se occisos: neque eos, qui reuersi sunt à se fugatos posse dicere. Prædam, quam relictis à se castris abstulerint, non esse talem, quam, velut spolium victi hostis, ostentent: sed quam possessione vacua, fortuitu dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint. Quòd ad hostes pertinet, victores se recessisse: quòd ad pestem pertinet, victos: nihil tamen se grauius ferre, quā quòd inter fortissimos viros mori non potuerit: seruatúsque sit, non ad vitæ iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quāquā vbi miseras copiarum reliquias Cartaginem reduxerit, se quoque secuturum commilitones suos: ostensurúmque patriæ, non ideò se in eam diem vixisse, quoniam velit viuere: sed ne hos, quibus nefandæ lues pepercerat, inter hostiū exercitus relictos morte sua proderet. Tali vociferatione per vrbē ingressus, vt ad limina domus suæ venit, prosequntam multitudinem, velut postremo alloquio dimisit, obseratísque foribus

Miserabilis Amilconis exitus.

ribus, ac nemine ad sese, ne filiis quidem admissis, mortem sibi consciuit.

IVSTINI LIBER XX.

Dionisij senioris gesta.

DIONISIVS ex Sicilia pulsis Carthaginiẽsib⁹, occupatóq; totius insulæ imperio, graue otiũ regno suo periculosũq; desidiã tãti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, simul ut militum vires cõtinuo labore acuerentur, & regni fines proferrentur. Prima illi militia aduersus Græcos, qui proxima Italici maris litora tenebant fuit: quibus deuictis finitimos quosq; aggreditur, omnésq; Græci nominis Italiam possidentes, hostes sibi destinat: quæ gẽtes nõ partem, sed uniuersam ferme Italiam ex tẽpestate occupauerant. Deniq; multæ vrbes adhuc post tantam vetustatẽ, vestigia Græci moris ostentant. Namque Tuscorũ populi, qui oras inferi maris possident, à Lydia venerũt: & Venetos, quos incolas superi maris videmus, capta & expugnata Troia, Antenore duce misit: Adria quoque Illirico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit, Græca vrbs est: & Harpos quam Diomedes, exciso Ilio, naufragio in ea loca delatus cõdidit. Sed & Pisæ in Liguribus Græcos

De origine Venetorũ, Vide Liuium 1. Dec. li. 1. statim in initio.

autor

autores habēt: & in Tuscis Tarquini à Thessalis & Spinambris: Perusini quoque originem ab Achæis ducunt. Quid Cere urbem dicam? Quid Latinos populos, qui ab Aenea cōditi videntur? item Falisci, Lapinij, Noiani, Abellani, nónne Calcidensium coloni sunt? Quid tractus omnes Campaniæ? Quid Brutij, Sabiniq.? Quid Samnites? Quid Tarentini, quos Lacedæmonia profectos, Spuriisq; vocatos accepimus? Thurinorum urbem condidisse Philoctētē ferunt, ibiq; adhuc monumentum eius visitur: & Herculis sagitta in Appollinis templo, quæ fatum Troiæ fuere. Metapontini quoque in templo Mineruæ ferramenta, quibus Epeus à quo conditi sunt, equum Troianum fabricauit, ostentant: propter quod omnis illa pars Italiæ maior Græcia appellatur. Sed principio originum Metapontini cū Sybaritanis & Crotoniensibus pellere cæteros Græcos Italia statuerunt. Cum primū vrbē Syrim cepissēt, in expugnatione eius quinquaginta iuuenes amplexos Mineruæ simulacrum, sacerdotemq. deæ velatum ornamentis inter ipsa altaria trucidauerunt. Ob hoc cùm peste & seditionibus vexarentur, priores Crotoniēses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem mali fore si violatum Mineruæ numen, & interfectorū manes placassent. Itaque cum statuas iuuenibus iustæ magnitudinis & in primis Mineruæ fabricare cœpissēt, Metapōtini cogni-

Thurinorum origo.

Epeus Troiani equi faber.

Exemplū crudelitatis, & impietatis.

Oraculum.

eo oraculo deorum, occupãdam & [illegible]pa-cem, & deæ ratis iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt; & deam panificio placant. Atque ita pestis utrobiq; sedata est, cùm alteri magnificẽtia, alteri velocitate certassent. Recuperata sanitate, nõ diu Crotonienses quieuere. Itaque indignãtes, in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrẽsibus latum, bellum his intulerũt. Quo metu territi Locrẽses ad Spartanos decurrunt, auxiliũ supplices deprecãtur. Illi lõginqua militia grauati, auxiliũ à Castore & Polluce petere eos iubent. Neque legati sociæ vrbis responsum spreuerunt: profectíque in proximum tẽplum, facto sacrificio, auxiliũ deorũ implorãt, litatis hostiis, obtentóque, vt rebantur, quod petebant, haud secus læti quàm si deos ipsos secum aduecturi essent, puluinaria iis in naui componunt, faustisque profectionibus solatia suis pro auxiliis deportant. Iis cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem, bellique prosperos euentus deprecantes. Responsum, prius votis hostes, quàm armis vincendos. Cùm vouissent Apollini decimas prædæ, Locrenses & voto hostium, & responso Dei cognito, nonas vouerunt, tacitámque eam rem habuere, ne votis vincerentur. Itaque cùm in aciem processissent, & Crotoniensiũ centum viginti millia armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam circumspicientes (nam

Bellum Crotoniensium cum Locrensibus.

Oraculum.

Voto Crotoniensiũ & Locrensium.

solis

sola XV. millia militum habebant) omissa spe victoriæ, indestinatam mortẽ conspirant, tantúsq. ardor ex desperatione singulos cœpit, vt victores se putarent, si non inulti morerentur. Sed dum mori honestè quærunt, felicius vicerũt. Nec alia causa victoriæ fuit, quàm quòd desperauerunt. Pugnantibus Locris, aquila ab acie nunquam recessit, eósq. tandiu circumuolauit, quoad vincerẽt. In cornibus quoq. duo iuuenes diuerso à cæteris armorum habitu, eximia magnitudine, & albis equis, & coccineis paludamẽtis, pugnare visi sunt, nec vltra apparuerunt, quam pugnatum est. Hanc admirationẽ auxit incredibilis famæ velocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Lacedæmone nũciata est victoria. Post hæc, Crotoniẽsibus nulla virtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit. Oderãt enim quæ infeliciter sumpserant, mutassentq. vitã luxuria ni Pythagoras Philosophus fuisset. Hic Sami Demarato locuplete negotiatore patre natus magnisq. sapiẽtiæ incremẽtis formatus, Aegyptũ primo, mox Babyloniam ad perdiscẽdos syderum motus, originémq. mundi spectandum profectus, summam scientiam consecutus erat. Inde regressus, Cretam & Lacedæmona ad cognoscẽdas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges contenderat. Quibus omnibus instructus, Crotonam venit, populúmq. in luxuriam

Desperatio enim magnum ad honeste moriendũ incitamentum est.

Curt.

Victoria Locrensiũ de Crotoniatis. vide Cic. libr. 2. de Orat. & Liuium 1. ab Vrbe condita.

Pythagoræ peregrinatio.

Pythagoræ doctrina apud Crotonienses.

riam lapsũ autoritate sua ad vsum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie virtutem, & vitia luxuriæ contemnebat, casúsq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat, tantúmq; studiũ ad frugalitatẽ multitudinis prouocauit, vt aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse incredibile videretur. Matronarũ quoque separatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam: & obsequia in viros, nũc illos modestiam, & literarũ studium. Inter hæc velut GENITRICEM VIRTVTVM FRVGALITATEM omnibus ingerebat, consecuturúsq; assiduitate disputationum erat, vt matronæ auratas vestes, cæteráq; dignitatis suæ ornamẽta, velut instrumẽta luxuriæ deponerẽt, eáq; omnia delata in Iunonis ædem ipsi deæ cõsecrarent, præferens, VERA ORNAMENTA MATRONARVM PVDICITIAM, NON VESTES ESSE. In iuuentutem quoq; quantum profligatum sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant. Sed CCC. ex iuuenibus cum sodalitij iure sacramento quodã nexi separatã à ciuibus cæteris vitam exercerẽt, quasi cœtum clandestinæ coniurationis haberent, ciuitatẽ in se cõuerterunt, quæ eos, cũ in vnam domum conuenissent, cremare voluit. in quo tumultu X. fermè homines periere, cæteri in exiliũ profecti, Pythagoras autẽ cùm annos

Luxuriati id est, luxuria corrupti.

Frugalitas virtutum genitrix.

XX, Crot

XX. *Crotone egisset, Metapōtū migrauit, ibiq; decessit: cuius tanta admiratio fuit: vt ex domo eius templum facerent, eumq. pro Deo colerent. Igitur Dionysius tyrānus, quē supra à Sicilia exercitū in Italiam traiecisse, bellúmq. Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotonienses, vix vires lōgo otio ex prioris belli clade resumētes, aggreditur. Qui fortius cum paucis tanto exercitui eius, quàm antea cū tot millibus Locrensium paucitati restiterūt, Tantum virtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet, tantóq. insperata interdū sperata victoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellū, legati Gallorū, qui paucos ante menses Romā incenderant, societatem, amicitiámque petētes, adeunt, gentémq; suā inter hostes eius positam esse, magnóque vsui ei futurum vel in acie bellanti, vel de tergo intentis in prælium hostibus, affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, & auxiliis Gallorum auctus, bellum, velut ex integro restaurat. Iis autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedésq. nouas quærendi, intestina discordia, & assiduæ domi dissensiones fuere: quarum tædio, cùm in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt, & Mediolanum, Comū, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam, condiderunt. Tusci quoque, duce Rheto, auitis sedibus amissis, Alpes occupauere, & nomine ducis*

Vel inedia vel interfectus à Syracusanis, dū agrū fabaceum circuit. Laert.

Epiphonema egregium.

Gallos Senones intelligit.

Galli cur Italiam inuaserint.

In Italiam CC. ante annos migrauerunt Celtæ quā esset vrbs incensa. Liu. lib. 5. ab Vrbe cond.

gentem Rhetiorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginensium reuocauit, quique recuperato exercitu, bellum, quod lue deseruerant, auctis viribus, repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat, cuius inimicus Suniator potentissimus ea tempestate Pœnorum, cum odio eius, Græcis literis Dionysio aduentum exercitus, & segnitiem ducis familiariter prænuntiasset, comprehensis epistolis proditionis damnatur: facto senatusconsulto, Ne quis postea Carthaginensis, aut literis Græcis, aut Græco sermoni studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multo post Dionysius, quem paulo ante non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus victus, fractusque, ad postremum insidiis suorum interficitur.

Vixit ad magnam senectutem & filio regnum per manus tradidit. Lact. li. 2. excessit enim annum LX. Prob.

IVSTINI LIBER XXI.

Dionysius iunior.

EXTINCTO in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filiis, eius nomine Dionysium suffecere: & naturam ætatem eius secuti, & quod firmius futurum esset regnum, si penes vnum remansisset, quam si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrabantur. Sed Dionysius inter initia regni auunculos fra-

trum

trum suorum velut æmulos imperij sui, hortatorésque puerorum ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animum prius ad fauorem popularium conciliandum intēdit, excusatius facturus quod statuerat, si probatus ante omnibus foret igitur nexorū tria millia è carcere dimittit, tributa populo per trienniū remittit, & quibuscunq; delinimētis potest, animos omnium solicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantū fratrum, sed etiam ipsos fratres interficit: vt quibus consortium regni debebat, ne *spiritus quidē cōsortij relinqueretur, tyrānidem in suos prius quàm in externos auspicatus. Sublatis deinde æmulis, in segnitiem lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria, oculorúmq. valetudinē contraxit, adeò vt non solem, non puluerem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. Propter quæ dum contemni se putat, seuitia grassatur, nec vt pater, carcerē nexis, sed cædibus ciuitatem replet. ob quæ non contemptior omnibus, quàm inuisior fuit. Itaq; cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperiū deponeret, an bello resisteret: sed à militibus prædā, vrbisq. direptionem sperantibus, descēdere in prælium cogitur. Victus, cùm iteratò nō feliciius fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum tyrānidem si mitterent ad eum cum quibus de pace cōueniret. In quam

Dionisij popularis largitio

Qui in temporaria seruitute detinebātur.

Impietatis exemplum.

*spes

Dionysij sæuitia.

Dedecore filij, mortuus pater pœnas rependit.

Val. Max.

remissos primores, in carcere, retinet: atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps prœliũ: in quo oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur: qui cùm obsidionẽ arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiã profugit tacitus. Exul à Locrensibus socijs acceptus, velut iure regnaret, arcem occupat, solitámque sibi sæuitiã exercet. Coniuges principũ ad stuprũ rapi iubebat, virgines ante nuptias abducebat, stupratásque *procis reddebat: Locupletißimos quosq; aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonáq; eorũ inuadebat. Deinde cùm rapinæ occasio deesset, uniuersum ciuitatẽ callido cõmento circũuenit. Cùm Rheginorum tyrãni Leophronis bello Locrenses premerentur, vouerunt, si victores forẽt ut die festo Veneris virgines suas prostituerent. Quo voto intermisso, cùm aduersa bella cũ Lucanis gererẽt, in cõcionem eos Dionysius vocat: hortatur, vt uxores filiásq; suas in tẽplũ Veneris, quàm poßint ornatißimas mittãt: ex quibus forte centum ductæ, voto publicũ fungãtur, religionisq gratia, vno stẽt in lupanari mẽse, omnibus ante iuratis viris, ne quis vllam attaminet. Quæ res ne virginibus, vòto ciuitatem soluentibus, fraudi esset; decretum facerẽt, ne qua virgo nuberet, priusquã illæ maritis traderẽtur. Probato cõsilio, quo & superstitioni, & pudicitiæ virginum

Dionysij fuga ex Syracusis

Tyranni scelera.

*sponsis

Vide quibus votis dæmones pro dijs culti, delectati fuerint.

ginũ cõsulebatur, certatim omnes feminæ impẽsius exornatæ, in templũ Veneris cõueniũt: quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat, ornamentáq; matronarũ in predã suam vertit. Quarundã viros ditiores interficit, quasdam ad prodẽdas virorũ pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus, in Siciliã redit. Ibi Syracusas securis omnibus, post longam intercapidinẽ pacis, per* conditionẽ recepit. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginẽsiũ Hãno opes suas, quibus reipub. superabat vires, ad occupandã dominationẽ intẽdit, regnúmque inuadere, interfecto senatu, conatus est: Cui sceleri solennem nuptiarum diem filiæ suæ legit ut religione veterum nefanda committeret, & nefanda cõnẽta facilius tegerẽtur. Itaq. plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis veneno infectis, secretius senatũ, & sine arbitris interficeret, orbamq; remp. facilius inuaderet. Qua re magistratibus per ministros prodita, scelus declinatũ, nõ vindicatũ est, ne in viro tam potẽti plus negocij faceret res cognita, quàm cogitata. Contenti itaque cohibuisse decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt, idq; obseruari nõ ab uno, sed ab uniuersis iubẽt, ne persona designata, sed vitia correpta esse viderẽtur. Hoc cõsilio preuẽtus, iterũ seruitia concitat, statutaq; rursus cædium die, cùm denuò se-

Dionysij crudelitas

Dionysius rursus Syracusis potitur

* proditionem.

Hannonis impium & nefandum scelus.

proditum videret, timens indiciũ, munitũ quoddam castellũ cũ viginti millibus seruorũ armatis occupat. Ibi dũ Afros, regémq. Mauritanorum concitat, capitur, virgísq. cæsus, effossis oculis, & manibus cruribusq; fractis, velut à singulis membris pœna exigerentur, in conspectu populi occiditur, corpus verberibus laceratũ in cruce figitur. Filij quoq. cognatíq; omnes, etiã innoxij, supplicio tradũtur, ne quisquã aut ad imitãdũ faciuus aut ad mortẽ vlsciscẽdam, ex tam nefaria domo superesset. Interea Dionysius Syracusis receptus, cũ grauior crudeliórque in dies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc deposito imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, receptóq. priuato instrumento, Corinthũ in exiliũ proficiscitur: ibi humillima quæq. tutissima existimans in sordidissimũ vitæ genus descendit: nõ cõtentus in publico vagari sed potare: nec cõspici in popinis, lupanaribúsq. sed totis diebus desidere: cum perditissimo quoq. de minimis rebus disceptare, pannosusq; & squalidus incedere, risum libẽtius præbere, quàm captare, in macello perstare, quæ emere non poterat, OCVLIS DEVORARE: apud ædiles aduersus lenones iurgari, omniaque ita facere, ut contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Nouissime se ludimagistrum professus, pueros in triuio docebat, vt aut à timentibus semper in publico videretur, aut à nõ timẽtibus facilius contemne

Hanno, vir gis cæsus, & cruci affigitur.

Mirum variantis fortunæ exemplum. Tyrannis nulla perpetua.

Ludum Corinthi aperuit Dionysius. Cic

temneretur. Nam licet* tyrannicis vitiis semper abundaret, tamen simulatio hac vitiorum non natura erat magis, quàm arte, quã amisso regali pudore faciebat, expertus quàm invisa tyrannorum forent iam sine opibus nomina. Laborabat itaq. invidiam præteritorum cõtemptu præsentium demere, neq. honesta, sed tuta consilia circumspiciebat. Inter has tamen dissimulationũ artes, ter insimulatus est affectata tyrannidis: nec aliter, quàm dum cõtemnitur, liberatus est.

* Tyranni vitiis semper abundant.

Inter hæc Carthaginienses tanto successu rerum Alexandri Magni exterriti, verentes ne Persico regno & Africam vellet adiungere, mittũt ad speculandos eius animos Amilcarem, cognomento Rhodanum, virum solertia facundiáque præter cæteros insignem. Augebant enim metũ & Tyrus vrbs auctor originis suæ, capta, & Alexãdria æmula Carthaginis, in terminis Africæ & Aegypti condita, & felicitas regis, apud quem nec cupiditas, nec fortuna vllo modo terminabantur. Igitur Amilcar per Parmenionẽ aditu regis obtento, profugisse se ad regem expulsum patria fingit, militémq. se expeditionis offert. Atq. ita cõsiliis eius exploratis, in tabellis ligneis, desuper cera vacua inducta, ciuibus suis omnia perscribebat. Sed Carthaginienses post mortem regis reuersum in patriam, quasi vrbem regi vendicasset, non ingrato tantùm, verumetiam & crudeli animo necauerunt.

& eueria, Oros.

Amilcaris Rhodani dolus

Ingratitudinis exẽplũ.

IVSTINI LIBER XXII.



GATHOCLES *Siciliæ tyrānus, qui magnitudini prioris Dionysii successit, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus: nō honestiorem pueritiam, quàm principia originis habuit. Si quidē forma, & corporis pulchritudine egregius, diu vitā stupri patiētia exhibuit: Annos deinde pubertatis egressus, libidinē à viris ad fœminas trāstulit. Post hæc apud vtrūq. sexū famosus, vitā latrociniis mutauit. Interiecto tēpore, cū Syracusas cōcessisset, accitúsq. in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit: quoniā nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod inquinaret, habere videbatur. In summa, gregariam militiam sortitus, non minus tūc sensitiosa, quā antea turpi vita in omne facinus prōptissimus erat. Nā & manu strenuus, & in cōcionibus præfacundus habebatur. Breui itaq. cēturio, ac deinceps tribunus militū factus est. Primo bello aduersus Aetneos magna experimēta sui Syracusanis dedit. Sequēti Campanorū tantam de se spem omnibus fecit, vt in locū demortui ducis Damasconis sufficeretur. Cuius vxorē adulterio cognitā, post mortē viri in matrimoniū recepit. Nec contentus quod ex inope re-* pen-

Agathoclis natales & mores.

Descriptio

Gesta.

pētè diues factus esset, piraticā aduersus patriā exercuit. Saluti ei fuit, φ socij capti tortiq́; de il lo negauerūt. Bis occupare imperiū Syracusarū voluit bis in exiliū actus est. A Murgantinis, apud quos exulabat, odio Syracusanorū, primò prætor, mox dux creatur. In eo bello & vrbem Leontinorū capit, & vrbē Syracusas obsidere cœpit. Ad cuius auxiliū Amilcar dux Pœnorū imploratus depositis hostilib. odiis, præsidia mili tū mittit. Ita vno & eodē tēpore Syracusæ & ab hoste ciuili amore defensæ, & à ciue hostili odio impugnatæ sunt. Sed Agathocles, cū videret fortius defendi vrbē, quàm oppugnari, preci bus per internuntiū Amilcarem exorat, vt inter se & Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sua repromittens. Qua spe impletus Amilcar, societatē cū eo metu potētiæ eius iūgit, vt quantū virii Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiæ recuperaret. Igitur nō pax tantū Agathocli cōciliatur, verum etiam prætor Syracusis constituitur. Tunc Amilcari expositis. Ignibus cereis, iactisq́; in obse quia Pœnorū iurat. Deinde acceptis ab eo quinque millibus Afrorū, potentissimos quosque ex principibus interfecit, atque ita veluti reip. statū formaturus, populū in theatrum ad concionē vocari iubet, contracto in gymnasio senatu, quasi quædam prius ordinaturus: sic compositis

Agathocles Syracusas obsidet.

Prætor Syracusis constituitur.

rebus, immissis militibus populū obsidet, senatū trucidat: cuius peracta cæde, ex plebe locupletissimos & promptissimos quosq. interfecit. His ita gestis, militē legit, exercitūq; cōscribit: quo instructus, finitimas ciuitates, nihil hostile metuētes, ex improuiso aggreditur. Pœnorū quoq. socios permittēte Amilcare fœdè iniuriis vexat: propter quod querelas Carthaginem socij nō tā de Agathocle, quā de Amilcare detulerūt: hunc vt dominū & tyrannū, illū vt proditorem arguentes: à quo infestissimo hosti fortunas sociorū, interposita pactione, donata sint: cui ab initio Syracusæ in pignus societatis sint tradita: vrbs sēper Pœnis infesta, & de imperio Siciliæ Carthaginis æmula: nunc insuper ciuitates sociorum eidē pacis titulo tradita sint. Denūtiare igitur se hæc breui ad ipsos redūdatura, ac propediem sensuros, quantū mali nō Siciliæ magis, quā ipsi Africæ attulerint. His querelis senatus in Amilcarē accēditur. Sed quoniā in imperio esset tacita de eo suffragia tulerunt, & sententias prius quam recitarētur, in vrna cōiectas obsignari iusserūt donec alter Amilcar Gisconis filius, à Sicilia reuerteretur. Sed hæc callida cōmenta Pœnorū, & sententias inauditas, mors Amilcaris præuenit: liberatusq. est fati munere, quē per iniuriam ciues, inauditū damnauerāt. Quæ res Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cū Amilcare,

Cædes ab Agathocle patratæ.

Amilcaris obitus.

*propter Bellum Agathocli cum Carthaginien.

cum, Gisgonis filio, prælij congressio fuit: à quo victus, maiori mole repar atur bellum, Syracusas concessit. Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ & prioris fuit. Cum igitur victores Pœni Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclésque se nec viribus parem neq. ad obsidionem ferendam instructum videret, super hæc à sociis crudelitate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in Africam transferre: mira prorsus audacia, vt quibus in solo vrbis suæ par non erat, eorum vrbi bellum inferret: & qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena, victúsq; victoribus insultaret. Huius consilij nõ minus admirabile silentium, quàm commentum fuit, populo hoc solum professus, inuenisse se victoriæ viam: Animos illi tantum in breuem obsidionis patientiam firmarent, vel si cui status præsentis fortuna displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem. Cùm mille sexcenti discessissent, cæteros ad obsidionis necessitatem frumento, & stipendio instruit: quinquaginta tantum secum talenta ad præsentem vsum aufert, cætera ex hoste melius quàm ex sociis paraturus. Omnes deinde seruos militaris ætatis libertate donatos, sacramento adegit, eósq. & maiorem partem fermè militum nauibus imponit, ratus exæquata vtriusq. ordinis conditione, mutuam inter eos virtutis æmulationem futuram: cæteros omnes ad tutelam patriæ relinquit. Septimo igitur imperij anno, comitibus duobus adultis filiis, Archagatho & Hera-

Agathoclis audacia, qui victus victoribus Charthaginensibus bellum infert.

Agathocles oppressus ex Sicilia in Africam bellum transfert.

& Heraclida, nullo militũ sciẽte quò veheretur, cursum in Africã dirigit. Cũ omnes aut in Italiam prædatum se, aut in Sardiniã ituros crederẽt, primò exposito in Africa litore exercitu cõsiliũ suũ omnibus aperit. Quo in loco Syracusæ positæ sint, ostẽdit: quibus aliud nullũ auxiliũ superesset, quàm ut hostibus faciãt, quæ ipsi patiãtur. Quippe aliter domi, aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires subministrẽt: foris hostẽ etiã suis viribus vinci, deficientibus sociis, & odio diuturni imperij, externa auxilia circũspiciẽtibus. Huc accedere, quòd urbes, castellaq; Africæ non muris cinctæ, nõ in mõtibus positæ sint, sed in planis cãpis, sine ullis munimentis iaceãt: quas omnes metu excidij facile ad belli societatẽ perduci posse. Maius igitur Carthaginẽsibus ex ipsa Africa, quã ex Sicilia exarsurũ bellũ, coituraq; auxilia omnium aduersus unam urbẽ, nomine quàm opibus ampliorẽ; & quas nõ attulerit vires, inde sumpturũ. Nec in repentino Pœnorũ metu modicũ momentũ victoriæ fore, qui tanta audacia hostium perculsi trepidaturi sint. Accessura & villarum incẽdia, castellorũ, urbiũmq; cõtumaciũ direptionẽ, tũ ipsi Carthaginis obsidionẽ. Quibus omnibus nõ sibi tantũ in alios, sed & alijs in se sentiant patere bella. His nõ solũ Pœnos vinci, sed & Siciliã liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes, cũ sua urgeantur. Nusquã

Hortatoria Agathoclis ad milites oratio. Propositio à periculo. Ratio. A facili & opportuno.

Ab honesto.

igitur

igitur alibi facilius bellum sed nec prædā uberiorem inueniri posse. Nam capta Carthagine, omnē Africā Siciliāq; premiū victorum fore. Gloriam certè tam honestæ militiæ, tantum in omne æuum futurā, *ut determinari nullo tempore obliuionis possit: vt dicatur eos solos mortalium esse, qui bella, quæ domi ferre nō poterant, ad hostes transtulerint, vltròq. victores insecuti sint & obsessores vrbis suæ obsederint. Omnibus igitur forti ac læto animo bellū ineūdū, quo nullū aliud possit aut premiū victoribus uberius, aut victi monimentū illustrius dari. His quidē adhortationib° animi militū erigebantur. Sed terrebat eos portenti visi, quòd nauigātibus eis sol defecerat. Cuius rei rationē nō minore cura reus quā belli reddebat, affirmās si pri° quā profisci sceretur factū esset, credi aduersum profecturos prodigium esse. nunc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur, portendere. Porrò defect° naturalū syderū semper præsentē rerū statum mutare, certūq. esse florētibus Carthaginiensiū opibus, aduersisq. rebus suis cōmutatione significari. Sic consolatis militibus vniuersas naues cōsentiente exercitu incendi iubet, vt omnes scirent auxilio fugæ** ablato, aut vincēdum, aut moriēdum esse. Deinde cùm omnia, quæcunq; intrederētur, prosternerent, villas castelláq. incēderēt, obuiam his fuit cum xxx millibus Pœnorū Hanno dux. Ex græcis cōmissoq; de Siculis, tria millia de

Pœnis

Gloria.

*Forte legendum erat, vt determinari nullo tempore obliuio possit.

Peroratio.

Solis defectus.

Prodigij interpretatio.

Idem fecit Alex. Magnus.

**ademptio.

Duos tantum amisit è suis Agatho-cles. Cædes egregia Agathoclis de Carthaginensibus victoria.

Pœnicum ipso duce cæciderit. Hac victoria & Siculorum animi eriguntur, & Pœnorum franguntur. Agathocles victis hostibus vrbes, castellaque expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde in quinto lapide à Carthagine statuit, vt damna clarissimarum rerum, vastitatémque agrorum, & incendia villarum de muris ipsius vrbis spectarentur. Interea ingens tota Africa deleti Pœnorum exercitus fama, occupatarúmque vrbium diuulgatur. Stupor itaque omnes & admiratio incessit, vnde tanto imperio tam subitum bellum, præsertim ab hoste iam victo. Admiratio deinde paulatim in contemptum Pœnorum vertitur. Nec multò post non Africa tantùm, verumetiam vrbes nobilissimæ nouitatem sequutæ, ad Agathoclem defecere, frumentóque & stipendio victorem adiuuere. His Pœnorum malis etiam deletus in Sicilia cum imperatore exercitus, velut quidam ærumnarum cumulus accessit. Nam post profectionem à Sicilia Agathoclis, in obsidione Syracusarum Pœni segniores redditi, ab* Antandro fratre regis Agathoclis occisione cæsi nunciabantur. Itaque cùm domi forísque eadem fortuna Carthaginiensium esset, iam non tributariæ tantùm ab his vrbes, verum etiam socij reges deficiebant, AMICITIARVM IVRA NON FIDE, SED SVCCESSV PONDERANTES. Erat inter cæteros rex Cyrenarum Ophellas, qui spe improba, regnum totius Afri-*

Afrorum ad Agathoclem defectio.

*exercitus. re.

* Andronē appellat Orof.

cã amplexus, societatem cum Agathocle per legatos iunxerat, pactúsque cum eo fuerat, ut Siciliæ illa sibi Africæ imperium, victis Carthaginensibus, cederet. Itaque cum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset, Agathocles blando alloquio, & humili adulatione, cum sæpius si mul cœnauissent, quia filius eius ab Ophella adoptatus esset, incautum eum interfecit, occupatóq. exercitu eius, iteratò Carthaginẽses omnibus viribus bellũ *struẽtes, magno utriusq. exercitus sãguine, graui prælio superat. Hoc certaminis discrimine tãta desperatio illata Pœnis est, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, transiturus ad eũ Bomilcar, dux Pœnorũ, cum exercitu fuerit. Ob quã noxã in medio foro à Pœnis patibulo suffixus est: ut idem locus monumentũ suppliciorũ eius esset, qui ornamẽtũ antè fuerat honorum. Sed Bomilcar magno animo crudelitatẽ ciuium tulit, adeò ut de summa cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur, obiectans illis nunc Hannonẽ falsã affectati regni inuidia circumuentum, nunc Gesgonis innocentis exilium, nunc in Amilcarem patruum suum tacita suffragia, quòd Agathoclem socium illis facere, quàm hostẽ maluerit. Hæc cùm in maxima populi concione vociferatus esset, expirauit. Interea Agathocles profligatis in Africa rebus, tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit: nihil

Ophellas per dolum cæditur.

*cientes.

Carthaginensium noua clades.

Bomilcar. cruci affixus.

actum in Africa existimans, si amplius Syracusæ obsiderentur. Nã post occisum Amilcarẽ, Gisconis filium nouus eò à Pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius, omnes Siciliæ urbes auditis rebus, quas in Africa gessisset, certatim se ei tradunt: atq; ita pulsis è Sicilia Pœnis, totius insulæ imperium occupauit. In Africam deinde reuersus, seditione militũ excipitur. Nam stipendiorũ solutio in aduentũ patris dilata à filio fuerat. Igitur ad concionem vocatos blãdis verbis permulsit, stipẽdia illis nõ à se flagitãda esse, sed ab hoste quærẽda, cõmunẽ victoriam, cõmunem prædam futuram. Paululum modò anniterentur, dum belli reliquia peraguntur, cũ sciant Carthaginẽ captam spes omnium expleturam. Sedato militari tumultu interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit: ibi incõsultius prælium committendo, maiorem partẽ exercitus perdidit. Cùm itaq; in castra fugisset, versámq; in se inuidiã temere cõmissi belli videret, pristinámq; offensam nõ dependi stipendij metueret, concubia nocte solus à castris cũ Archagatho filio profugit. Quod ubi milites cognouere, haud secus quã si ab hoste capti essẽt, trepidauere: Bis, se à rege suo in mediis hostibus relictos esse proclamãtes, salutẽq; suam desertam ab eo esse, quorúm ne sepultura quidem relinquenda fuerat. Cùm persequi regem vellent, à Numidis excepti in castra reuertuntur:

Agathocles in Siciliam reuersus, totius insulæ imperium occupat.

Agathocles à Pœnis vincitur.

Agathoclis fuga.

Proditionis & perfidiæ exemplum.

tur cōprehenso tamen Archagatho, qui à patre noctis errore discesserat. Agathocles autē nauibus, quibus fuerat à Sicilia regressus, cum custodibus earundem Siracusas defertur. Exemplū flagitij singulare, Rex exercitus sui desertor filiorúmq; pater proditor. Interim in Africa post fugā regis, milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis filiis Carthaginēsib. se tradidere. Archagatus cū occideretur ab Archesilao amico* Antipatri rogauit eum quidnā liberis eius facturum Agathoclem putet, per quē ipse liberis careat? Tunc respondit satis habere se, quòd superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc Pœni ad persequēdas belli reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem æquis conditionibus fecit.

*antea patria.

Archagathi, Agathoclis filii mors.

IVSTINI LIBER XXIII.



AGATHOCLES rex Siciliæ pacificatus cum Carthaginensib. partē ciuitatum à se fiducia viriū dissidentiū armis subegit. Deinde quasi angustis insulæ terminis clauderetur, cuius imperij partē primis incrementis ne sperauerat quidē, in Italiā transcēdit exēplum Dionysii secutus, qui multas ciuitates Italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi Brutij fuere, qui &

Bellum in Italia ab Agathocle gestum.

fortissimi & opulētissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorum prōpti. Nā multas ciuitates Graci nomine Italia expulerant: autores quoq. suos Lucanos bello vicerant, & pacē cum his equis legibus fecerāt. Tanta feritas animorū erat, ut nec originis suæ parcerēt. Namq; Lucani iisdē legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erāt. Quippe ab initio pubertatis, in sylvis inter pastores habebantur, sine ministerio serulli sine veste, quam inducerēt, vel cui incubarent: ut à primis annis duritiæ parsimoniæq; sine ullo usu urbis assuescerent. Cibus his præda venatica, potus mellis, & lactis, & fontiū liquor erat: Sic ad labores bellicos indurabātur. Horū igitur ex numero quinquaginta primò ex agris finitimorū prædari soliti, cōfluēte deinde multitudine, solicitati præda cùm plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaq. fatigatus querelis sociorū Dionysius Siciliæ tyrannus, sexcētos Afros ad cōpescendos eos miserat, quorū castellū proditū sibi per Brutiā mulierē expugnarūt, ibiq; ciuitatē, cōcurrentibus ad opinionem nouæ urbis pastoribus, statuerūt, Brutiósq; se ex nomine mulieris vocauerūt. Primum illis cum Lucanis, originis suis autoribus bellū fuit. Qua victoria erecti, cum pacem æquo iure fecissent, cæteros finitimos armis subegerūt: tātásq; opes breui cōsecuti sunt, ut perniciosi etiā regibus haberētur. Deniq; Alexāder

Eriphone. ma.

Lucanorū & Spartanorū mos in educandis liberis.

Brutij vnde dicti.

rex Epiri, cum in auxiliũ Græcarum ciuitatum cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit, ad postremum imploratus Agathocles spe ampliãdi regni, à Sicilia in Italiam traiecit. Principio aduẽtus opinione eius cõcussi, legatos ad eum, societatem amicitiámq; petens miserunt. Quos Agathocles ad cœnam inuitatos ne exercitũ traiici viderent, in posterum statuta his die, conscensis nauibus frustratus est: sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidẽ reuertientem in Siciliam, interiectis paucis diebus, vis morbi coëgit, quo toto corpore comprehensus, per omnes neruos, articulósq; humore pestifero grassante, velut intestino singulorũ membrorũ bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellũ inter filiũ nepotémq; ortũ, eius regnũ iam quasi mortui vendicantibus, occiso filio, regnũ nepos occupauit. Igitur Agathocles, cùm morbi cura, & ægritudo grauiores essent, & inter se alterũ alterius mala cresceret, desperatis rebus vxorẽ suã Theogenam genitósq; ex ea duos paruulos, cum omni pecunia, & familia, regalíq; instrumẽto, quo præter illum nemo regum ditior fuit, nauibus impositos Aegyptum, vnde vxorem acceperat, remittit, timens ne prædonem regni sui hostem paterentur. Quanquam vxor diu, ne ab ægro diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus

Agathoclis fraus.

Grauis morbus.

Bellum inter filium & nepotẽ Agathoclis.

Theogena, Agathoclis vxor.

Discessus miserabilis descriptio.

Matrimonium. adiungi nepotis parricidio posset, & tam crudele hac deseruisse virũ: quàm ille impugnasse auum videretur: NVBENDO SE NON PROSPERAE TANTVM, SED OMNIS FORTVNAE INISSE SOCIETATEM: nec inuitã periculo spiritus sui empturã, vt extremos viri spiritus exciperet, & exequiarum officiũ, in quod, profecta se nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impleret. Discedentes paruuli flebili vlulatu amplexi partẽ tenebãt. Ex altera parte vxor maritũ nõ amplius visura *osculu fatigabat. Nec enim senis lacrymæ miserabiles erãt. Flebant ij morientẽ patrẽ, ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinẽ patris senis, ægri, ille in spẽ regni susceptos relinqui in egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assistentiũ fletibus tã crudelis dissidij impleta, resonabat. Tandem lacrymis finẽ necessitas profectionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc aguntur, Carthaginenses, cognitis, quæ in Sicilia agebãtur, occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes, magnis viribus eò traiciunt, multásq; ciuitates subigunt. Eo tẽpore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui imploratus à Siculis in auxiliũ, sicuti dictũ est, cùm Syracusas venisset, multásque ciuitates subegisset, rex Siciliæ, sicut Epiri appellabatur. Quarũ rerũ felicitate lætatus, Heleno filio Siciliæ, velut auitum (nam

Theogena, probe & maritũ amantis coniugis exemplũ.

Pietas filiorum erga parentes, & parentũ erga liberos.

* oculis.

Agathoclis exitus.

Reuertitur ad Pyrrhi historiam.

*(Nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexãdro antẽ Italiæ regnũ destinat. Post hæc multa secunda prælia cũ Carthaginiẽsibus facit. Interiecto deinde tẽpore, legati ab Italicis sociis venere, nunciãtes Romanis resisti nõ posse, deditionémq; futurã, nisi subueniat. Anxius tã ambiguo periculo, incertus quid ageret, vel quibus primũ subueniret, in vtrunq; pronus cõsultabat. Quippe instantibus hĩc Carthaginensibus, inde Romanis, periculosum videbatur, exercitũ in Italiã non traiicere, periculosius à Sicilia deducere: ne aut illi non lata ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum, tutissimus portus consiliorum visus est, omnibus viribus *decernere in Sicilia, & profligatis Carthaginensibus, victorem exercitum * transponere in Italiam. Itaq; cõserto prælio, cùm superior fuisset, quoniã tamen à Sicilia abiret, pro victo fugere visus est: ac propterea socij ab eo defecerũt: & imperium Siciliæ tam citò amisit, quàm facilè quæsierat. Sed nec in Italia meliore felicitate vsus, in Epirũ reuertitur. Admirabilis vtriusque rei casus in exẽplum fuit. Nã sicut ante secũda fortuna, rebus supra vota fluentibus. Italiæ Siciliæq; imperium, & tot de Romanis victorias attraxerat: ita nunc aduersa, velut in ostentationẽ fragilitatis humanæ destruens quæ cumulauerat, Siciliensi ruinæ naufragiũ maris, & fœdã aduersus Romanos pugnã, turpẽq; ab*

A Tarentinis & Samnitibus Plutar.

* decertare.

*transmittere.

Partim ad Carthaginẽses, partim ad Mamertinos. Plut.

Cum M. Cu

Italia discessum adiecit. Post profectionem à Sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur, cuius tanta moderatio fuit, vt cõsentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginenses primùm, mox rex crearetur. Huius futuræ maiestatis ipsa infantiliis educatio, quasi prænuntia fuit. Hieronis natales. *Quippe genitus erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo à Celo, antiquo Siciliæ tyranno manabat. Sed maternũ illi genus sordidum, atq; admodum pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, velut dehonestamẽtũ generis exp[o]sit[us] fuerat.* Hiero ab apibus melle educatus. *Sed paruulũ & humanæ opis indigentẽ, apes, cõgesto circa iacẽtẽ melle, multis diebus aluere. Ob quam rẽ responso aruspicum admonitus pater, qui regnũ infanti portendi canebant, paruulũ recolligit, omniq. studio ad spẽ maiestatis, quæ promittebatur instituit.* Prodigia in Hierone. *Eidẽ in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulã in turba puerorum repẽtè conspectus, eripuit. Adolescenti quoq; prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta cõsedit.* Ob id Pallas delectatur noctua, vt Plutarc. in Democ. *Quod ostentum & in consilio cautum, & manu prõptum regémq; futurum significabat. Deniq; aduersus prouocatores sæpe pugnauit, sempérq. victoriam reportauit: à Pyrrho rege multis militarib. donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoq. in homine admirabiles fuere.* Boni principis offi- *In alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus erat, prorsus vt nihil ei regium*

gium decessi videretur, præter regnum.

IVSTINI LIBER XXIIII.

Cvm hæc in Sicilia gerũtur, interim in Græcia dissidẽtibus inter se bello Ptolemæo, Ceraunico, et Antiocho & Antigono regibus, omnes fermè Græciæ ciuitates, ducibus Spartanis, velut occasione data, ad spem libertatis erectæ, missis inuicem legatis, per quos in societatis fœdera alligarẽtur, in bellũ prorũpunt: & ne cum Antigono, sub cuius *bello erant, bellũ cepisse viderẽtur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli prætẽdentes, quod cõsensu Græciæ sacratũ Apollini Cyrhæũ campũ per vim occupassent. Huic bello ducẽ eligunt Aran, qui adunato exercitu, vrbes, sataq; in his cãpis posita, depopulatur: quæ auferri non poterant, incendit. Quod cum è mõtibus conspicati Aetolorum pastores essent, cõgregati admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantes quanta manus esset, quoniam conspectum illis metus & incendiorum fumus abstulerat, consectantur, trucidatisque admodum nouem millibus, prædones in fugam verterunt. Reparantibus deinde Spartanis bellum auxilium multæ ciuitates negaue-

Græcorum res.

* imperio.

Campus is est Procidis Plin. lib. 3.

Italia discessum adiecit. Post profectionem à Sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur, cuius, tanta moderatio fuit, vt cõsentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginenses primùm, mox rex crearetur. Huius futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio, quasi prænuntia fuit.

Hieronis natales.

Quippe genitus erat patre Hieroclyto, nobili viro, cuius origo à Celo, antiquo Siciliæ tyrãno manabat. sed maternũ illi genus sordidum, atq; admodum pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, velut dehonestamẽtũ generis exposit⁹ fuerat. Sed paruulũ & humanæ opis indigentẽ, apes, cõgesto circa iacẽtẽ melle, multis diebus aluere.

Hiero ab apibus melle educatus.

Ob quam rẽ responso aruspicum admonitus pater, qui regnũ infanti portendi canebant, paruulũ recolligit, omniq. studio ad spẽ maiestatis, quæ promittebatur instituit.

Prodigia in Hierone.

Eidẽ in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulã in turba puerorum repẽtè conspectus, eripuit. Adolescenti quoq; prima bella ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta cõsedit.

Ob id Pallas delectatur noctua, vt Plutarc. in Democ.

Quod ostentum & in consilio cautum, & manu prõptum regémq; futurum significabat. Deniq; aduersus prouocatores sæpe pugnauit, sempérq. victoriam reportauit: à Pyrrho rege multis militarib. donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoq. in homine admirabiles fuere.

Boni principis officia.

In alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus erat, prorsus vt nihil ei re-

gium decesse videretur, præter regnum.

IVSTINI LIBER XXIIII.

Dvm hæc in Sicilia geruntur, interim in Græcia dissidentibus inter se bello Ptolemæo, Ceraunico, et Antiocho & Antigono regibus, omnes fermè Græciæ ciuitates, ducibus Spartanis, velut occasione data, ad spem libertatis erecta, missis inuicem legatis, per quos in societatis fœdera alligarentur, in bellum prorumpunt: & ne cum Antigono, sub cuius *bello erant, bellum cepisse viderentur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli prætendentes, quod consensu Græciæ sacratum Apollini Cyræum campum per vim occupassent. Huic bello ducem eligunt Aran, qui adunato exercitu, vrbes, sataque in his campis posita, depopulatur: quæ auferri non poterant, incendit. Quod cum è montibus conspicati Aetolorum pastores essent, congregati admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantes quanta manus esset, quoniam conspectum illis metus & incendiorum fumus abstulerat, consectantur, trucidatisque admodum nouem millibus, prædones in fugam verterunt. Reparantibus deinde Spartanis bellum auxilium multæ ciuitates negaue-

Græcorum res.

* imperio.

Campus is est Procidis Plin. lib. 3.

runt existimantes dominationẽ eos Græciæ, non libertatẽ quærere. Intereà inter reges bellum finitur. Nam Ptolemæus pulso Antigono cùm regnum totius Macedoniæ occupasset, pacem cum Antiocho facit, affinitatémq; cũ Pyrrho data ei in matrimoniũ filia sua iũgit. Exinde externo metu deposito, impiũ ac facinorosũ animũ ad domestica scelera conuertit, insidiásq; Arsinoë sorori suæ instruit: quibus & filios eius vita, & ipsam Cassãdriæ vrbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit, simulato amore sororis matrimonium petere. Aliter enim ad sororis filios quorum regnum occupauerat, quàm concordiæ fraude peruenire nõ poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi volũtas sorori erat. Itaq. nõ credẽti, mandat velle se cum filiis eius regni cõsortium iungere: cum quibus nõ id. ò se armis cõtendisse, quoniam eripere his regnum, sed quòd id facere sui muneris vellet. In hoc mitteret arbitriũ iurisiurandi: quo præsente apud deos patrios, quibus vellet obsecrationibus se obligaret. Incerta Arsinoë quid ageret: si mitteret, decipi periurio: si nõ mitteret, prouocare rabiem fraternã crudelitatis timebat. Itaq. plus liberis, quàm sibi timens, quos matrimonio suo protecturũ se arbitrabatur mittit ex amicis suis Dionem, quo perducto in sanctissimũ Iouis tẽplũ, vetertima Macedonũ religionis, Ptolemæ⁹ sumptis in manus altaribus, cõtingens ipsa simulacra, & pulminaria

Ptolemæ⁹ κεραυνὸς Macedoniæ rex.

Arsinoë Ptolemæi soror.

Ptolemæi dolus. & scelus in sororem Arsinoë.

Ptolemæi periuriũ.

Solebant enim sacrificantes apprehendere aras. Vnde & Varro dicit, anti-

minaria deorum, inauditis vltimísq. execrationibus adiurat, se syncera fide matrimonium sororis petere, nuncupaturúmq; se eã reginam neq. in cõtumeliam eius se aliã vxorẽ, aliósue, quàm filios eius liberos habiturum. Arsinoë postquàm & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cõ fratre colloquitur: cuius vultus, & blandientes oculi, cùm fidẽ non minorẽ, quàm iusiurandũ promitterẽt, reclamante Ptolemæo filio fraudẽ subesse in matrimoniũ fratris consensit. Nuptiæ magno apparatu, lætitiáque omnium celebrãtur. Ad concionẽ quoque vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginámq. eã appellat. Quo nomine in lætitiam effusa Arsinoë, quia quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat, recepisset: vltro virum in vrbẽ suam Cassandriam inuitat, cuius vrbis cupiditate fraus struebatur. Pregressa igitur virum, diẽ festum vrbi in aduentũ eius indicit, domos, tẽpla, cateráq. omnia exornari iubet, aras vbiq. hostiásq; disponi, filios quoq. suos, Lysimachũ sedecim annos natũ, Philippum triennio minorẽ, vtrumq. forma insignẽ, coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudẽ, cupidè & vltra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui cùm ad matrem confugissẽt, in gremio eius inter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arsinoë, ꝙ tantùm nefas aut

quitus ansas dictas. Vide Macrob.

Nuptiæ Ptolemæi fratris cũ sorore Arsinoë.

Exemplũ crudelitatis & parricidij in Ptol

*nubendo, aut post nuptias cōtraxisset, pro filiis se sæpe percussoribus obtulit. Frequēter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit; vulneráq excipere quæ liberis *intendebātur, voluit. Ad postremum spoliata etiā funeribus filiorum, scissa veste, et crinibus sparsis cum duobus seruulis ex vrbe protracta, Samathraciam in exilium abiit, eò miserior, quòd mori cū filiis ei nō licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerūt. Quippe diis immortalibus tot periuria, & tam cruēta parricidia vindicantibus, breui pòst à Gallis spoliatus regno, captúsq;, vitā ferro, vt meruerat, amisit. Nāq; Galli abūdanti multitudine, cùm eos, nō caperēt terræ, quæ genuerāt, CCC. millia hominum ad sedes nouas quærendas, velut peregrinatū miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ & vrbem Romam captam, incendit, & portio Illiricos sinus, ducibus auibus (nā augurādi studio Galli præter ceteros valēt) per strages Barbarorū penetrauit, & in Pānonia cōsedit: gēs aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationē & immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcēdit: ibi domitis Pānoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserūt. Hortantè deinde successu, diuisis agminibus, alij Græciā alij Macedoniā omnia ferro pterētes, petiuere: Tantúsq. terror Gallici nominis erat,*

vt

* Intentabantur.

Galli Italiam inuadunt.

Romam incendunt

Gallorum descriptio.

Gallici nominis terr.

ut etiam reges non lacessiti, vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedoniæ Ptolemæus, aduentum Gallorum intrepidus audiuit: ísque cum paucis & incompositis quasi bella nō difficilius, quàm scelera patrarentur, parricidiorū furijs agitatus occurrit. Dardanorū quoque legationem, viginti millia armatorū in auxilium offerentē, spreuit: addita insuper contumelia, actū de Macedonia dicens, si cùm totum Orientem soli domuerint, nunc in vindictam ciuium Dardanis egeant. Milites se habere filios eorū, qui sub Alexandro rege stipēdia toto orbe terrarū victores fecerint. Quæ vbi Dardano regi nuntiata sunt, inclytum illud Macedoniæ regnū breui immaturi iuuenis temeritate casurum dixit. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos legatos ad Ptolemæū mittunt, offerentes pacē si emere velit: sed Ptolemæus inter suos, belli metu pacem Gallos petere gloriatus est. nec minus ferociter se legatis, quàm inter amicos iactauit: aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint & arma tradiderunt: non enim fidē se nisi inermibus habiturum. Renuntiata legatione, risere Galli, vndique acclamantes breui sensurū, sibi an illi consulentes, pacem obtulerunt. Interiectis diebus prælium cōseritur: victi Macedones cedūtur: Ptolemæus multis vulneribus saucius capitur, caput eius amputatur, & lancea fixum

Ptolemæi temeritas.

Macedones à Gallis cæsi.

Ptolemæi interi[tus]

fixum tota acie, ad terrorem hostium, circunfertur. Paucos ex Macedonibus fuga seruauit, ceteri aut capti, aut occisi. Hæc cùm nuntiata per omnem Macedoniã essent, portæ vrbiũ clauduntur, luctu omnia replentur, nũc orbitatem amissorũ filiorũ dolebant, nunc excidia vrbium metuebant, nunc Alexandri, Philippíque regum suorũ nomina sicuti numina, in auxiliũ vocabãt sub illis se non solũ tutos, verũetiã victores orbis terrarũ extitisse: vt tuerẽtur patriam suam, quàm gloria rerum gestarum cælo proximã reddidissent: vt opem afflictis ferrẽt, quos furor & temeritas Ptolemæi regis perdiderat, orabant. Desperantibus omnibus, non votis agẽdum Sosthenes vnus de Macedonũ principibus ratus, contracta iuuentute, & Gallos exultãtes victoria compescuit & Macedoniam ab hostili depopulatione defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilis ipse præponitur, & cùm rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis nomẽ iurare milites coëgit. Interea Brennus quo duce portio Gallorum in Græciã se effuderat, audita victoria suorum, qui Belgio duce, Macedones vicerãt, indignatus parta victoria * optimam prædã & Orientis spoliis onustã, tã facile relictam esse, adunatis CL. millibus peditum, & XV. millibus equitũ, in Macedoniã irrumpit. Cùm agros villásque popularẽtur, occurrit ei

Macedonum trepidatio.

Sosthenis virtus & moderatio.

Brennus Gallorum dux.

* opimam

Vincuntur Macedones à Gal-

rit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes: sed pauci à pluribus trepidi à valentibus facile vincuntur. Itaque cum victi se Macedones intra muros vrbium condidissent, victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniæ agros deprædatur. Inde quasi spolia sorderẽt, animum ad deorum immortalium templa cõuertit, scurriliter iocatus, locupletes deos largiri hominib⁹ oportere. Statim igitur Delphos iter vertit prædā religioni, aurum offensæ deorum immortalium præferẽs: quos nullis opibus egere, vt qui eas largiri hominibus soleant affirmabat. Templum autẽ Apollinis Delphis positū est in monte Parnasso, in rupe vndique impendẽte, ibi ciuitatem frequẽtia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis vndique concurrentes, in eo saxo consedere, atque ita templum ciuitatémque non muri, sed præcipitia, nec manufacta, sed naturalia præsidia defendunt, prorsus vt incertum sit, vtrum munimentum loci, an maiestas dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes in formā theatri recessit. Quāobrē & hominū clamor, & si quãdo accidit tubarū sonus, personãtibus & resonãtib⁹ inter se rupib⁹, multiplex audiri, ampliórq; quàm editur, resonare solet. Quæ res maiorẽ maiestatis terrorem ignaris rei, & admirationem stupentibus plerumq; affert. In hoc rupis anfractu, media fermè montis altitudine, planicies exigua est, atque in ea

Contemptor deum Brennus. Impietatis exemplū.

Descriptio situs tẽpli Delphici Apollinis.

Originem Delphici oraculi refert Diodo. in Philip.

Delphicū aur-

profun

profundum terræ foramen, quòd in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus, vt quadam, velut vento in sublime expulsus, mētes vatum in vecordiā vertit, impletósque deo, responsa consulētibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulēta regū populorúmq; visuntur munera, quæque magnificentia sui reddentium vota gratam voluntatem, & deorum responsa manifestant. Igitur Brennus cùm in cōspectu haberet templum, diu deliberauit, an confestim rem aggrederetur, an verò fessis via militibus, noctis spatium ad resumēdas vires daret. Euridanus & Thessalonus duces, qui se ad prædæ societatē iunxerant, amputari moras iubēt, dum imparati hostes, & recens aduentus sui terrori esset: interiecta nocte & animos hostibus forsitan & auxilia accessura, & vias, quæ tunc pateant, obstructum iri. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, vbi primùm vino cæterisq; commeatibus referta rura inuenit, non minus abundantia, quàm victoria lætum, per agros se sparserat, desertísq; signis ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur. Quæ res dilationem Delphis dedit. Prima namque opinione aduētus Gallorum prohibiti agrestes Græciæ oraculis feruntur messes, vinaq. villis efferre. Cuius rei salutare præceptū nō prius intellectum est, quam vini, cæterarumque copiarum abundantia, velut mora Gallis obiecta, auxilia finitimorum conuenere. Prius itaque

Consultatio de inuadendo.

Euridanus Thessalonus Gallorū duces.

urbem

urbẽ suam Delphi, aucti viribus sociorum permuniuere, quam Galli vino, velut præda incubantes, ad signa reuocarẽtur. Habebat Brẽnus lecta ex omni exercitu peditum LXV. *millia, Delphorũ sociorũmq; non nisi * quatuordecim millia militũ erant, quorũ contẽptu Brennus ad acuendos suorum animos prædæ ubertatẽ omnibus ostendebat, statuásq; cum quadrigis, quarum ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse: plúsque in pondere, quàm in specie habere prædæ affirmabat. Hac asseueratione vel animaduersione incitati Galli, simul & hesterno mero saucij, sine respectu periculorum in bellum ruebant. Contrà Delphi plus in deo, quam in viribus spem ponentes, cum contemptu hostium resistebant, scandentésque Gallos è summo montis vertice, partim saxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine repente vniuersorum templorum antistites, simul & ipsi vates, sparsis crinibus, cùm insignibus atque infulis, pauidi, vecordésue, in primam pugnantium aciem procurrunt. aduenisse Deum clamant, eúmq; se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia. Dum omnes opẽ dei suppliciter implorant, iuuenẽ supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitésque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ, Mineruæq; ædibus occurrisse: nec oculis tantum hæc se perspexis-*

Brenni & Delphorũ copiæ.

* Alij, quatuor millia.

Pugna inter Gallos & Delphos

sis

se, sed audisse etiam stridorem arcus & strepitum armorum. Proinde ne cunctarentur diis antesignanis hostem cædere, & victoriæ deorum socios se adiungere summis obsecrationibus monebant. Quibus vocibus incensi omnes certatim in prælium prosiliunt: præsentiã dei & ipsi statim sensere. Nam & terræ motus portio montis abrupta Gallorum strauit exercitum, & confertißimi cunei nõ sine vulneribus hostium dissipati ruebant. Insecuta deinde tempestas est, quæ grandine & fulgure saucios ex vulneribus adsumpsit. Dux ipse Brẽnus cùm dolorẽ vulnerum ferre non posset, pugione vitam finiuit. Alter ex ducibus punitis belli auctoribus, cũm decem millibus sauciorũ citato agmine à Græcia excedit. Sed nec fortuna fugientibus clementior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis acta nox nullus sine labore & periculo dies: assidui imbres & gelu, nix concreta & fames, & lassitudo, & super hæc MAXIMVM PERVIGILIAE MALVM, *miseras infelicis belli reliquias obterebant; Gentes quoque, nationesque, per quas iter habebant palantes, velut prædam sectabantur. Quo pacto euenit, vt nemo ex tanto exercitu, qui paulò antè fiducia virium etiã deos contemnebat; vel ad memoriam tantæ cladis superesset.*

Vincuntur Gladelphis ducibus Diis.

Brennus mortem sibi consciscit.

Clades Gallorum in Græcia.

IVSTINI LIBER XXV.

INTER duos reges, Antigonũ & Antiochũ statuta pace, cũ in Macedoniã Antigonus reuerteretur, nouus eidẽ repentè hostis exortus est. Quippe Galli, qui à Breno duce, cũ in Græciã proficiscerentur, ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, ne soli desides viderentur, peditũ* quindecim millia, equitũ tria millia armauerũt, fugatísq. Getarum, Triballorũq; copiis, Macedoniæ imminentes, legatos ad regẽ miserunt, qui pacẽ ei venalẽ offerrẽt, simul & regis castra specularentur. Quos Antigonus pro regali munificentia ingenti apparatu epularum ad cœnam inuitauit. Sed Galli expositum grãde auro argẽtiq. põdus admirãtes, atq. prædæ vbertate sollicitati, infestiores, quã venerant, reuertũtur. Quibus & elephantes ad terrorem, velut inusitatas Barbaris formas, ex offendi iussrat, naues onustas copiis demõstrari: ignar⁹, quod quibus ostentatione virium metumse inicere existimabat, eorum animos vt ad optimam prædam sollicitabat. Itaque legati ad suos reuersi, omnia in maius extollentes, opes pariter & negligentiam regis ostendunt, referta auro & argento castra esse, & neque vallo fossáue munita: & quasi satis munimenti in diuitiis haberent, ita

Tertia Gallorum in Macedoniam irruptio.

*duodecim.

Auri enim auidissima gens Gallorũ. Liuius.

eos omnia officia militaria intermisisse: prorsus quasi ferri auxilio nō indigerent, quoniā abundarēt auro. Hac relatione auida gētis animi satis ad prædam incitabantur. Accedebat tū exēplum Belgij, qui non magno antè tēpore Macedonum exercitū cum rege trucidauerat. Itaque cōsentiētibus omnibus, nocte castra regis aggrediuntur, qui præsentiens tantam tempestatē, signū pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis in proximā syluam taciti se occultarent. Neq. aliter seruata castra, quā quòd deserta sunt. Siquidem Galli ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modò, verūetiam sine custodibus vident, non fugam hostium, sed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt. Ad postremum integris & intactis munimentis, scrutantes potius quā diripientes, castra occupauerūt. Tunc ablatis, quæ inuenerant, ad littus conuertuntur. Ibi dum naues incautius diripiunt, à remigibus, & ab exercitus parte, quæ eo cum côiugibus & liberis cōfugerant, nihil tale metuētes, trucidantur: tātaq; cædes Gallorū fuit, ut Antigono pacē huius victoria opinio, nō à Gallis tantū, verūetiam à finitimorū feritate præstiterit. Quanquam Gallorū ea tempestate: tanta fœcunditatis iuuentus fuit, ut Asiam omnē velut examine aliquo implerēt. Denīq; neq. reges Orientis sine mercenario Gallorū exercitu vlla bella gesserint, neq. pulsi regno ad alios, quam ad Gallos confu-

Galli Antigoni castra inuadunt.

Galli cæduntur.

confugerint. Tantus terror Gallici nominis, siue armorũ inuicta fellicitas erat, ut alter neq; maiestatẽ suã tutã, neq; amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarẽtur. Itaq; in auxilium à Bythyniæ rege inuocati: regnũ cum eo parta victoria diuiserunt, eámq; regionẽ Gallogræciam cognominauerunt. Dum hæc in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrhus à Pœnis nauali prælio victus, ab Antigono Macedoniæ rege supplemẽtũ militũ per legatos petit: denũtians ni mittat, redire se in regnũ necesse habere: incremẽta rerũ, quæ de Romanis voluerit, de ipso quæsiturũ. Quod ubi negatũ legati retulerunt, dissimulatis causis repẽtinam fingit profectionem. Socios interim parare bellum iubet, & arcis Tarẽtinæ custodiã Heleno filio, & amico Miloni tradit. Reuersus in Epirũ statim fines Macedoniæ inuadit, cui Antigonus cũ exercitu occurrit, victúsq. prælio in fugam vertitur. Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditionẽ accepit, & velati damna amissæ Siciliæ, Italiæq; acquisito Macedoniæ regno pensasset, relictum Tarẽti filiũ & amicum accersit Antigonus autem cũ paucis equitibus, fugæ comitibus, repente fortunæ ornamentis destitutus, amissi regni speculaturus euentus, Thessalonicam se recepit, ut inde cum cõductu Gallorum mercenaria manu bellum repararet. Rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus cum septem comitibus

Misti Galli & Græci, Gallogræci appellãtur. Liuius 8. quartæ Decadis. Dum Sicilia excederet & in Italiam properaret Plu.

Exercitus Pyrrhi. VIII M peditũ & D. equitum. Plut.

fugiens, non recuperandi regni spem, sed salutis latebras ac fugæ solitudines captat. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam nec eo, ad quod votis perueniendũ fuerat, contentus Græciæ, Asiæq; regna meditatur, neque illi maior ex imperio, quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, quà tulisset impetum, sustinere valuit. Sed vt ad deuincenda regna inuictus habebatur, ita deuictis acquisitisq; celeriter carebat: tantò melius studebat acquirere imperia, quàm retinere. Itaq cùm copias Cherrenẽso trãsposuisset, legationibus Atheniẽsiũ, & Achæorum, Messeniorúmq; excipitur. Sed & Græci omnes admiratione nominis eius, simul & rerũ aduersus Romanos, Pœnósq; gestarũ gloria attoniti, aduentum eius expectabant. Primũ illi bellum aduersus Spartanos fuit, vbi maiore mulierum, quàm virorum virtute excipitur. Tũc Ptolemæum filium & exercitus partem robustissimam amisit. Quippe oppugnanti vrbem, ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarũ concurrit, vt non fortius victus, quàm verecundius recederet. Porro Ptolemæũ filium eius adeò strenuũ, & manu fortem fuisse tradunt, vt vrbem Corcyrã solus cum *sexaginta ceperit. Idẽ prælio nauali triremem ex scapha cum septem insiluerit captãq; tenuerit. In oppugnatione quoque Spartanorũ vsq; in mediam vrbẽ cum equo procurrerit, ibiq; concursu multitudinis interfectus

Pyrrhi varius successus.

Collatus ob id est ab Antigono in docto lusori: qui cum & multa, & feliciter faciat, iis tamen nesciat vti. Plutarc.

Pyrrhi bellũ aduersus Lacedæmonios.

Exemplum muliebris fortitudinis & pietatis erga patriam.

*sexagesimo.

ctus sit, Cuius corpus vt relatum, *patrem dixisset Pyrrhum ferunt, Aliquanto tardius eum quàm timuerit ipse, vel temeritas eius meruerit, occisum esse. Repulsus à Spartanis Pyrrhus Argos petit: ibi dum Antigonum in vrbe clausum expugnare *cogitat, inter confertissimos violentissimè dimicans, saxo de muris iactato occiditur. Caput eius Antigono refertur: qui victoria mitius vsus, filium eius Helenum cum Epirotis sibi deditum, in regnum dimisit, eiq. insepulti patris ossa in patriam referenda tradidit. Satis constans inter omnes autores fama est, nullum nec eius, nec superioris ætatis regem comparandum Pyrrho fuisse, raróque non inter reges tantùm, verumetiam inter illustres, viros, aut vitæ sanctioris, aut iustitiæ probatioris visum fuisse. Scientiam certè rei militaris in illo viro tantam fuisse, vt cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gesserit, inuictus semper extiterit. Illyriorum quoque, Siculorum, Romanorúmque, & Carthaginensium bellis nunquam inferior, plerumque etiam victor extiterit: qui patriam certè suam angustam, ignobilémque fama rerum gestarum, & claritate nominis sui toto orbe illustrem reddiderit.

*patria est dixisse. Duce Acrotato Arci regis filio. Pl. A fœmina ictu tegulæ occisum Argis Plut. scribit.

*conatur

Dabat equidem Annibal primas in omni genere virtutis Pyrrho. Plu.

Pyrrhi laus.

IVSTINI LIBER XXVI.

Varij Græcorum motus.

POST mortem Pyrrhi non in Macedonia tantũ, verũetiam in Asia, Græciáq; magni bellorũ motus fuere: Nã & Peloponẽsij per proditionẽ Antigono traditi, & variãte hominũ partim dolore partim gaudio, prout singulæ ciuitates, aut auxiliũ de Pyrrho sperauerant, aut metus sustinuerant: ita aut cum Antigono societatẽ iungebant, aut mutuis inter se odiis in bellum ruebant. Inter hunc turbatorum prouinciarum motum, [redacted] quoq; vrbs ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur: à quo cùm multi ex primorib' occisi, plures in exilium acti essẽt. Ætolis per legatos postulantibus, vt cõiuges liberósq; exulum redderet, primo negauit: posteà quasi pœniteret, proficiscendi ad suos omnibus matrimonis potestatẽ dedit, diémq; profectionis statuit. Illæ quasi in perpetuũ cum viris exulturæ pretiosissima quæque auferẽtes, cũ ad portam, quasi vno agmine profecturæ, cõuenissent, omnibus rebus expoliatæ, in carcere recluduntur, occisis prius in gremiis matrum paruulis liberis, virginibúsq; ad stuprum direptis. Hanc tã sæuam dominationem stupẽtibus omnibus princeps eorũ Helematus, senex, & liberis orbus, vt qui

Aristotimi tyranni crudele facinus.

Helemati amor erga patriam, & prudens in opprimendo tyranno.

qui nec ætatis, nec pignorum respectũ timeret, conuocatos domi fidißimos amicorum in vindictam patriæ hortatur. Cũctantibus priuato periculo publicum finire, & deliberandi spatium postulantibus, accersitis seruis iubet obserari fores, tyrannóq. nuntiari mitteret, qui coniuratos apud se comprehenderet, obiectans singulis, se quia librandæ patriæ autor esse poßit, desertæ vltorem futurum. Tunc illi ancipiti periculo circumuenti, honestiorem viam eligentes, coniurant in tyranni necem: atque ita Aristotimus quinto, posteà quàm tyrannidem occupauerat, mẽse opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello & Ptolemæi regis: & Spartanorũ premeretur, nouúsq. illi hostis Gallogræcia exercitus affluxisset, in speciem castrorum parua manu aduersus cæteros relicta, aduersus Gallos totis virib. proficiscitur. Quibus cognitis, Galli cùm & ipsi se prælio pararent, in auspicia pugnæ hostias cædunt: quarum extis, cùm magna cædes, interitúsque omnium prædicaretur, nõ in timorem, sed in furorem versi, sperantésque deorum minas expiari cæde suorum posse, coniuges & liberos suos trucidant, auspicia belli à parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat, vt non parcerent ætati, cui etiam hostes pepercissent, bellúmque internecinũ & natalium cum liberis, liberorúmque matribus gererent, pro quibus bella suscipi solent. Itaque

Aristotimus occiditur.

Gallorum crudelitas in cõiuges & liberos. Epiphonema.

quasi scelere vitam, victoriámque redemissent, sicut erant cruenti ex recenti suorum cæde, in prælium non meliore euentu, quàm omine proficiscuntur. Siquidem pugnantes, prius parricidiorum furiæ, quàm hostes circumuenere, obuersantibúsque ante oculos manibus interemptorum omnes occisione cæsi. Tanta strages fuit, vt dij pariter cum hominibus consensisse in excidium parricidarū viderētur. Post huius pugnæ euentum, Ptolemæus & Spartani, victorem hostium exercitum declinantes, in tutiora se recipiunt. Antigonus quoque vbi eorum discessum videt, recenti adhuc ex priori victoria militum ardore, bellum Atheniensibus infert. In quo cùm occupatus esset, interim Alexander rex Epiri vlcisci mortem patris Pyrrhi cupiēs, fines Macedoniæ depopulatur. Aduersus quem cùm reuersus à Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus, regnum Macedoniæ cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodū, absente patre, reparato exercitu non solùm amissam Macedoniam recepit, verumetiam Epiri regno Alexandrum spoliat. Tanta vel mobilitas militum, vel fortunæ varietas erat, vt vicissim reges nunc exules, nunc reges viderentur. Igitur Alexander cum exul ad Arcadas confugisset, non minore Epirotarum desiderio, quàm sociorum auxilio, in regnum restituitur. Per idem tempus rex Cyrenarum

Gallogræcorū cædes

Ptolemæus Euergetes Aegypti rex.

Fortunæ volubilitas

Epiphonema.

Agas Cyrenarum rex

vum Agys decedit: qui ante infirmitatem, Berenicem vnicam filiam, ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina, filio eius despondcrat. Sed post mortem Antigoni regis mater virginis Arsinoe, vt inuita se contractum matrimonium solueret misit qui ad nuptias virginis, regnúmque Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni à Macedonia accerserent: qui & ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cùm secundante vêto celeriter Cyrenas aduolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere socrui, cœperat, statim à principio superbus, regiæ familiæ, militibúsque impotens erat, studiúmque placendi, à virgine in matrem contulerat. Quæ res spectata, primò virgini, deinde popularibus, militibúsque inuisa fuit. Itaque versis omnium animus in Ptolemæi filium, insidiæ Demetrio comparantur: *qui cùm in lectum socrus concessisset percussores immittuntur. Sed Arsinoe audita voce filiæ, ad fores stantis & præcipientis, vt matri parcerent, adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto, Berenice & stuprum matris, salua pietate, vlta est, & in matrimonio sortiendo iudicium patris sequuta.

*

*Agas.

Demetri propter adulteriũ necatur.

*cui

IVSTINI LIBER XXVII.

Antiochus theos.

MORTVO Syriæ rege Antiocho, cùm in locum eius filius Seleucus successisset, hortãte matre Laodice, quæ inhibere debuerat, auspicia regni à parricidio cepit. Quippe Beronicem nouercam suam, sororẽ Ptolemæi regis Aegypti cũ paruulo fratre ex ea suscepto, interficit. Quo facinore perpetrato, infamiæ maculam subiit, & Ptolemæi bello se implicuit. Porrò Beronice cũ ad se interficiendum missos didicisset, paternæ Daphnæ se claudit. Vbi cùm obsideri eam, cum paruulo filio, nuntiatum ciuitatibus Asiæ esset, recordatione paternæ maiorúmq. dignitatis eius, & casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemæus periculo sororis excitus, relicto regno, cũ omnibus viribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum, cùm vi expugnari non posset, dolo circumuẽta, trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaque cùm vniuersæ ciuitates, quæ defecerant, ingentẽ classem comparassent, repentè exemplo crudelitatis exterritæ, simul et in vltionem eius, quam defensuri erant, Ptolemæo se tradunt: qui nisi in Aegyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum

Seleuci Gallinici, regis Syriæ parricidiũ.

Beronice occiditur.

Seleuci occupasset. Tantum illi vel odium parricidiale scelus, vel huic fauorem indigne intem[pesti]ta mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemai, Seleucus cum aduersus ciuitates quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repentè, veluti diis ipsis parricidium vindicantibus, orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus, & spiritum, & paucos naufragij comites residuos fortuna fecit. Misera quidem res sed optanda Seleuco fuit. Siquidem ciuitates, quæ odio eius ad Ptolemæũ* defecerant, velut diis arbitris satisfactum sibi esset, repentina amicorum mutatione in naufragij misericordiam versæ, imperio se eius restituũt. Lætus igitur malis suis, & damnis ditior redditus, velut par viribus, bellum Ptolemæo infert: sed quasi ad ludibriũ tantũ fortunæ natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quàm vt amitteret, victus prælio, non multo quàm post naufragiũ comitatior, trepidus in Antiochiam cõfugit. Inde ad Antiochũ fratrẽ literas fecit, quibus auxiliũ eius implorat, oblata ei Asia, inter fines Tauri mõtis, in præmiũ latæ opis. Antiochus autem cum esset annos XIIII. natus, supra ætatẽ regni auidus, occasionem nõ tam pio animo, quàm offerebatur, arripuit. Sed latronis more, totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam virilémque sumit audaciam. Vnde Hierax est cognomi

Epiphonema.

Seleuci naufragium.

*transierant

Damno ditior factus Seleucus à Ptolemæo vincitur.

Antiochus Hierax

*cognominatus, quia non hominis, sed accipitris ritu, in alienis eripiendis vitam sectaretur. Interea Ptolemaeus cùm audisset regem tiochum in auxilium Seleuco venire, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos x. cum Seleuco pacem facit. Sed pax ab hoste data, interpellatur à fratre: qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem se imploratus exhibuit. In eo praelio virtute Gallorum victo quidem Antiochus fuit: sed Galli arbitrantes Seleucum in praelio cecidisse, in ipsum Antiochũ arma vertunt, liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod vbi sensit Antiochus, velut à praedonibus, auro se redimit, societatémque cum mercenariis suis iungit. Intereà rex Bithyniae Eumenes, sparsis cõsumptísque fratribus, bello intestinae discordiae, quasi vagantem Asiae possessionem inuasurus, victorem Antiochum, Gallósque aggreditur: nec difficilè saucios adhuc ex superiore congressione integer ipse viribus superat. Ea námque tempestate omnia in exitium Asiae gerebantur: vt quisque fortior fuisset, Asiam, velut praedam occupabat. Seleucus & Antiochus fratres bellum propter Asiam gerebant. Ptolemaeus rex Aegypti, sub specie sororiae vltionis, Asiae inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes, inde Galli *(humilior semper mercenaria manus) Asiam depopu-*

Bellum impium

Eumenes Asiam inuadit

*(semper mercenariamanus.)

depopulabantur, cum interea, nemo defensor Asiæ inter tot prædones inueniebatur. Victo Antiocho, cùm Eumenes maior maiorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres, perdito imperio, propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt: sed omisso externo hoste, in mutuum exitium bellum reparant. In eo Antiochus denuò victus, multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum suum Artamenem, regem Cappadociæ, prouehitur. A quo cum primum benignè susceptus esset, interiectis diebus cognito quòd sibi insidiæ pararentur, salutē fuga quæsiuit. Igitur cùm profugo nusquam locus tutus esset, ad Ptolemæum hostem, cuius fidem tutiorem quàm fratris existimabat, decurrit: memor, vel quæ facturus fratri esset, vel quæ meruisset, à fratre. Sed Ptolemæus nō tam amicus ei deditus, quàm hostis factus, seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc quoque Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus, quam familiarius agnouerat, deceptis custodib⁹ elabitur, fugiensq. à latronibus interficitur. Seleucus quoque iisdem fermè diebus, amisso regno, equo præcipitatus finitur: sic fratres & quasi germanis casibus, exules ambo, post regna, scelerum suorum pœnas luerunt.

Antiochus iterum vincitur.

Fratrem metuens ad hostem confugit.

Antiochi & Seleuci fratrum mors.

IVSTINI LIBER XXVIII.



OLYMPIAS Pyrrhi Epirotæ regis filia, amisso marito, eodēq. germano fratre Alexādro, cū tutelā filiorū ex eo susceptorū Pyrrhi & Ptolemæi, regnūq. administrationē ipsa recepisset, ab Aetolis partē Acarnaniæ, quā in portionē belli *mater pupillorum acceperat, eripere volentibus, ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit: eiq; habēti uxorē, Antiochi regis Syriæ sororem, filiam suam *Phytiā in matrimonium tradidit: ut auxilium, quod misericordia nō poterat, iure cognationis obtineret. Fiunt igitur nuptiæ, quibus & noui matrimonij gratia acquiritur, & veteris offēsa cōtrahitur. Nā prior uxor, velut matrimonio pulsa, spōte sua ad fratrem Antiochum discedit, eúmq; in mariti bellum impellit. Acarnanes quoq; diffisi Epirotis aduersus Aetolos auxilium Romanorū implorantes, obtinuerunt à Romano senatu, vt legati mitterentur, qui denuntiarent Aetolis præsidia ab vrbibus Acarnaniæ deducerent, paterēturq; esse liberos, qui soli quondā aduersus Troianos, autores originis suæ auxilia Græcis non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum superbè audierunt, Pœnos illis & Gallos à quibus tot bellis vexati, toties occasione sint cæsi exe

* pater

Causa belli inter Demetrium Macedoniæ, & Antiochum Syriæ reges

* Pythiam.

Superba Aetolorū responsio.

probrantes, dicentésq. Prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiendas, quas clauserit metus Punici belli, quàm in Græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubẽt, quibus minẽtur: aduersus Gallos vrbem suam eos tueri non potuisse, captãque non ferro defendisse, sed auro redemisse. Quam gentem se aliquanto maiori manu Græciam ingressam, non solum nullis externis viribus, sed ne domesticis quidẽ tectis adiutas, vniuersam delesse, sedémq. sepulchris eorũ præbuisse, quam illi viribus, imperióq. suo proposuerant. Cõtrà Italiam trepidis ex recẽti vrbis suæ incendio Romanis, vniuersam fermè à Gallis occupatã. Prius igitur illis Gallos Italia pellẽdos, quã minẽtur Ætolis: priúsque sua defendenda, quàm aliena defendi appetẽda. Quos autem homines Romanos esse? nempe pastores, qui latrocinio iustis dominis ademtum solum teneant: qui vxores cum propter originis dehonestamenta nec inuenirent, vi publica rapuerint: qui denique vrbem suam parricidio condiderint murorũq; fundamenta fraterno sanguine asperserint. Aetolos autem principes Græciæ semper fuisse, & sicut dignitate, ita & virtute cæteris præstitisse solos denique esse, qui Macedonas imperio terrarũ florentes semper contempserint: qui Philippum regem nõ timuerint, qui Alexandri Magni post Persas, Indósque deuictos, cùm omnes nomẽ eius horrerẽt, edicta spreuerint.

Sabinas intelligit Liui. ab vrb. cõd. Fraterno primi maduerũt sanguine muri. Lucanus.

uerint. Monere igitur se Romanos, cõtenti sint fortuna præsenti, nec prouocẽt arma, quibus & Gallos cæsos, & Macedonas cõtemptos videãt. Sic dimissa legatione Romanorũ, ne fortius loquuti, quàm fecisse viderẽtur, fines Epiri regni Acarnaniæ depopulantur. Iam Olympias filiis regna tradiderat, & in locũ Pyrrhi fratris defuncti, Ptolemæus successerat: qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset, infirmitate correptus, in itinere decedit. Olympias quoq. non magna post tempore, gemino funerum vulnere afflicta, *ægrum spiritum trahens, nõ diu sibi superuixit. Cùm ex gente regia sola Nereis virgo cũ Laodamia sorore superesset. Nereis nubit Geloni Siciliæ regis filio. Laodamia autẽ cum in aram Dianæ confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus dij immortales assiduis cladibus gentis, & propè interitu totius populi vindicauerunt. Nam sterilitatẽ, famémque passi & intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis penè cõsumpti sunt: Miloq. Laodamiæ percussor in furorẽ versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa dẽtibus laceratis visceribus, XII. die interiit. His in Epiro gestis interĩ in Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo, paruulo admodum, decedit. Cui Antigonus tutor datus, accepta in matrimoniũ matre, pupilli regẽ se constituere laborat. Interiecto deinde tempore, cũ seditione minaci Macedonũ

Pyrhi vxor cum duobus filiis Pyrrho & Ptolemæo moritur.

*ægrè Nereis & Laodomia Pyrrhi filiæ.

Milonis Laodomiæ percussoris furor.

Antigonus Philippi, admodum paruuli, tutor.

clausus

clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus procedit, proiectóq. in vulgus diademate ac purpura, dare hæc eos alteri iubet, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere ipsi sciat: se adhuc inuidiosum illud regnum, nō voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire: cōmemorat deinde beneficia sua: vt Vrfectionē sociorū vindicauerit, vt Dardanos Thessalósq. exultantes morte Demetrij regis cōpescuerit, vt denique dignitatem Macedonum non solùm defenderit, verùm etiam auxerit. Quorum si illos pœniteat, deponere imperiū, & reddere illis munus suū, ipsi regē quærāt, cui imperent. Cū populus pudore motus, recipere eū regnū iuberet, tādiu recusauit, donec seditionis autores supplicio traderētur: post hæc bellū Spartanis infert, qui soli Philippi, Alexandríq. bellis, & imperium Macedonum, & omnibus metuēda arma contempserunt. Inter duas nobilissimas gentes bellū summis vtrinque viribus fuit. Cùm hi pro vetere Macedonū gloria, illi nō solùm pro illibata libertate, sed etiā pro salute certarēt. Victi Lacedæmonij, nō ipsi tantū: sed etiā cōiuges, liberíque, magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit, nulla amissum coniugem fleuit: filiorū mortē senes laudabant, patribus in acie cæsis filij gratulabantur: suam vicem omnes dolebāt, quòd non ipsi pro patria libertate *decidissent. Parētes omnes domibus

Aegium diadema propter seditioné abiicit.

Spartanis bellum infert.

Spartanorum in aduersis constantia.

* cecidissent.

* videtur legēdum, luxos, aut luxatos.

socios excipiebant, vulnerates curabāt, *lapsos reficiebant. Inter hæc nullus in urbe strepitus, nulla trepidatio: magis omnes publicam, quam priuatam fortunam lugebant. Inter hæc Cleomenes rex post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruore madens superuenit: ingressúsq; urbem, non humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non deniq. armorum onus deposuit: sed acclinis parieti, cum quatuor millia sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatur, ut se ad meliora reipublicæ tempora reseruarent. Tum cum coniuge & liberis Aegyptum ad Ptolemæum proficiscitur: à quo honorificè susceptus, diu in summa dignitate regis vixit. Postremò post Ptolemæi mortem, à filio eius cum omni familia interficitur.

Imperatoris egregij exemplum Cleomenes. Plut. in vitis.

Antigonus autem cæsis occisione Spartanis fortunam tantæ urbis miseratus, à direptione milites prohibuit, veniámque his, qui superfuerāt, dedit: præfatus bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse: cuius fuga omnis ira eius finita sit, nec minori sibi gloriæ fore, si ab eo seruata Lacedæmonia sit, quàm si capta *proderetur. Parcere igitur se solo urbis ac tectis, quoniam homines quibus parceret, non superfuissent. Nec multo pòst ipse decedit, regnúmque Philippo annos XIIII. nato tradidit.

Moderata Antigoni victoria.

* perderetur.

Eiusdem mors.

IVSTINI LIBER XXIX.



EISDEM ferme temporibus propè vniuersi orbis imperia, noua regũ successione mutata sunt. Nam in Macedonia Philipp⁹ mortuo Antigone tutore eodémq; vitrico, quatuordecim annorũ regnum suscepit. & in Asia interfecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus cõstitutus est. Cappadocia regnum quoque Ariarthi, puero admodum pater ipse tradiderat: Aegyptum patre ac matre interfectis, occupauerat Ptolemeus, cui ex facinoris crimine, cognomẽtũ Philopater, ex contrario fuit: Sed Sparthani in locũ Cleomenis suffecerunt Lycurgum. Et ne qua tẽporibus mutatio deesset, apud Carthaginẽ ætate adhuc immatura, dux Annibal cõstituitur, nõ penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum eum à pueritia sciebãt: Fatale nõ tã Romanis, quàm ipsi Africæ malũ. His regibus pueris licet nulli senioris ætatis rectores erãt, tamen in suorum quibusque maiorũ vestigia intẽtis magna indoles virtutis emicuit. Solus Ptolemæus scelestus sicut in occupãdo regno, ita & segnis in administrãdo fuit. Philippum Dardani, cæteríque finitimi populi, quibus velut immortale odium cum Macedonum regibus erat, contemptu ætatis assiduè lacessebant: Contrà ille

Philopater per ironiã dictus.

Annibal Carthaginensiũ dux

summotis hostibus, non contentus sua defendisse, etiam Aetolis bellum inferre gestiebat. Quæ agitantem illum Demetrius rex Illyriorum, nuper à *Paulo Rom. Consule victus supplicibus precibus aggreditur, iniuriam Romanorum querens, qui non contenti Italiæ terminis, imperium spe improbâ totius orbis amplexi, bellum cum omnibus regibus gerant: sic illos Siciliæ, sic Sardiniæ Hispaniæq., sic deinde totius Africæ imperium affectantes, bellum cum Pœnis & Annibale suscepisse: sibi quoque non aliam ob causam, quàm quod Italiæ finitimus videbatur, bellum illatum quasi nefas esset, aliquem regem iuxta imperij eorum terminos esse, sed & ipsi cauendum esse exemplum, cuius quanto propius debiliúsque sit regnum, tantò sit Romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cedere se illi regno, quod Romani occupauerint, profitetur, gratius habiturus, si in possessionem imperij sui socium potius, quàm hostem videret. Huiusmodi oratione impulit Philippum, vt omissis Aetolis bellum Romanis inferret, minus negotij existimantē quod iā victos ab Annibale apud Thrasimenū lacū audierat. Itaq. ne multis bellis eodē tēpore grauaretur, pacem cum Aetolis fecit, nō quasi alio bellū translaturus, sed vt Græciæ quieti cōsulturus, quàm nunquam in maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidē cōsurgentibus ab Occidēte nouis Pœnorū & Romanorum imperiis, quibus vna

Demetrii ad Philippum oratio.

*populi.

Leuinus consul de his omnibus triumphauit. Florus.

Philippus Ro. bellū infert.

Duce Flaminio.

Rationes pacis à Philippo cum Ætolis factæ.

vnde lacessita Græcia & Asia sit tuta, dū inter se bello discrimen imperij faciunt, cæterū statim victoribus transitū in Orientem fore. Videre se itaq; in cōsurgentem in Italia nubē illam, trucis & cruenti belli: videre tonantē ac fulminantem ab Occasu procellam, quam in quascūq; terrarum partes victoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturā. Frequēter Græciam ingentes motus passam, nūc Persarū, nunc Gallorū, nunc Macedonū bellis; sed omnia illa ludū fuisse existimaturos, si ea quæ nūc in Italia conseritur manus, extra terrā illam se effuderit. Cernere se quàm cruenta & sanguinaria inter se bella vtriq; populi & viribus copiarum, & ducū artibus gerant: quæ rabies solo finiri partis alterius interitu, sine ruina finitimorū nō possit. Feros igitur animos victorū minus quidē Macedoniæ, quàm Græciæ timendos, quia & remotior, & in vindictā sui robustior sit: scire tamen se eos qui tantis viribus cōcurrant, nō contentos hac fine victoria fore, metuēdúmq; sibi quoque certamē eorū, qui superiores extiterint. Hoc prætextu finito cū Aetolis bello, nihil aliud quàm Pœnorum Romanorúmq; bella respiciēs, singulorū vires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico videbātur: nā terrebat eos & vetus Macedonum virtus, & deuicti Orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmu-

Tertium id fulmen Annibalis fuit.

lationis incensus, quẽ promptum ad bella, industriumq; cognouerat. Igitur Philippus cùm iterato prælio victos à Pœnis Romanos didicisset, apertè hostẽ se his professus, naues quib⁹ in Italiã exercitum traiceret fabricare cœpit. Legatum deinde ab Annibale iungendæ societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehẽsus & ad senatũ productus, incolumis dimissus est. nõ in honorẽ regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. Posteà verò cùm Romanis nũtiatum esset, in Italiam Philippũ copias traiecturum, Leuinũ prætorẽ cùm instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt. Qui cùm in Græciam venisset, promissis multis impulit Aetolos bellum aduersus Philippũ suscipere. Philippus quoque Aetolos in Romanorũ bella sollicitat. Interea & Dardani Macedoniæ fines vastare cœperũt: abductísq; XXX millibus captiuorum, Philippum à Romano bello ad tuendũ regnũ reuocauerũt. Dũ hæc agũtur, Leuin⁹ prætor, inita cùm Attalo rege societate, Græciam populatur. Quibus Cladibus perculsæ ciuitates, auxilium petentes, Philippũ legationibus fatigãt, nec nõ & Illyriorũ reges lateri eius hærentes, assiduis precibus promissa exigebant. Super hæc vastati Macedones, vltionem flagitabant. Quibus tot tantísq; obsessus rebus, cui rei primò occurreret, ambigebat: omnib⁹ tamẽ propediẽ auxilia se missurũ pollicetur, nõ quia facere posset,*

quæ

Apud Trebiã Consul. Sempronio Xenophanem legationis huius principem fuisse scribit Li. Dec. 3. lib. 3.

*perductus, M. Valerius Leuinus cũ nauibus 52. apud Tarentum expectauit aduentum Philippi.

Rege Pergamorum Flor.

que promittebat: sed ut spe impletos, in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio adversus Dardanos fuit: qui absentiã eius aucupantes, maiore belli mole Macedoniæ imminebant. Cũ Romanis quoque pacem facit, cõtentus interim bellum Macedonicũ distulisse: Philopœmeni Achæorum duci, quem ad Romanos sociorum animos solicitare didicerat, insidias prætendit. Quibus ille cognitis, vitatísque, discedere ab eo Achæos autoritate sua coëgit.

P. Sempronio in provincia proconsule. Liu. li. 3. 9. dec. 3.

IVSTINI LIBER XXX.

PHILIPPO in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Aegypto diversi mores erant. Nam regno parricidio obtento, & ad necem utriúsque parentis, cæde etiam fratris adiuncta, veluti rebus feliciter gestis luxuriæ sese tradiderat, r. gisque mores omnis sequuta regio erat. Itaque nõ amici tantũ præfectíq;, verũ etiam omnis exercitus depositis militiæ studiis, otio ac desidia corrupti marcebãt. Quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ, veteri inter se regnorũ odio stimulante repẽtino bello multas urbes eius oppressit, ipsãq; Aegyptũ aggreditur. Trepidat igitur Ptolemæus, & per legationes quousq; vires paret, rogat morari Antiochũ. Magno deinde in Græcia exercitu cõdu-

Quales in Rep. principes sunt, tales reliqui solent esse cives. Plato.

*lationis intensus, quod promptum ad bella, industriamq; cognouerat. Agitur Philippus cùm iterato prælio victos à Pœnis Romanos didicisset, apertè hostē se his professus, naues quib⁹ in Italiā exercitū traiceret fabricare cœpit. Legatum deinde ab Annibale iungendæ societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprehēsus & ad senatū*productus, incolumis dimissus est. nō in honorē regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. Posteà verò cùm Romanis nūtiatum esset, in Italiam Philippū copias traiecturum, Leuinū prætorē cùm instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt. Qui cùm in Græciam venisset, promissis multis impulit Aetolos bellum aduersus Philippū suscipere. Philippus quoque Aetolos in Romanorū bella solicitat. Interea & Dardani Macedoniæ fines vastare cœperūt: abductisq; XXX millibus captiuorum, Philippum à Romano bello ad tuendū regnū reuocauerūt. Dū hæc agūtur, Leuin⁹ prætor, inita cùm Attalo rege societate, Græciam populatur. Quibus Cladibus perculsæ ciuitates, auxilium petentes, Philippū legationibus fatigāt, nec nō & Illyriorū reges lateri eius hærentes, aßiduis precibus promissa exigebant. Super hæc vastati Macedones, vltionem flagitabant. Quibus tot tantisq; obsessus rebus, cui rei primò occurreret, ambigebat: omnib⁹ tamē propediē auxilia se missurū pollicetur, nō quia facere posset,*

quæ

Apud Trebiā Cons. Sempronio Aenophanem legationis huius principem fuisse scribit Li. Dec. 3. lib. 3.

*perductus, M. Valerius Leuinus cū nauibus 52. apud Tarentum expectauit aduentum Philippi.

Rege Pergamorum Flor.

quæ promittebat: sed ut spe impletos, in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio adversus Dardanos fuit: qui absentiã eius aucupantes, maiore belli mole Macedonia imminebant. Cũ Romanis quoque pacem facit, cõtentus interim bellum Macedonicũ distulisse: Philopœmeni Achaeorum duci, quem ad Romanos sociorum animos solicitare didicerat, insidias prætendit. Quibus ille cognitis, vitatísque, discedere ab eo Achæos autoritate sua coëgit.

P. Sempronio in provincia proconsule. Liu. li. 3. 9. dec. 3.

IVSTINI LIBER XXX.

PHILIPPO in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Aegypto diversi mores erant. Nam regno parricidio obtento, & ad necem utriusque parentis, cæde etiam fratris adiuncta, veluti rebus feliciter gestis luxuriæ sese tradiderat, regísque mores omnis secuta regio erat. Itaque nõ amici tantũ præfectiq́;, verũ etiam omnis exercitus depositis militiæ studiis, otio ac desidia corrupti marcebat. Quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ, veteri inter se regnorũ odio stimulante, repẽtino bello multas urbes eius oppressit, ipsáq́; Aegyptũ aggreditur. Trepidat igitur Ptolemæus, & per legationes quousq; vires paret, rogat morari Antiochũ. Magno deinde in Græcia exercitu cõdu-

Quales in Rep. principes sunt, tales reliqui solent esse cives. Plato.

Corrupti & intemperantis principis exemplū Ptolemæus. *clo, secundū prælium facit: spoliassétq. regno Antiochū, si fortunā virtute iuuisset. Cæterum recuperatione vrbiū, quas amiserat, factáq. pace, auidè materiā quietis arripuit, resolutúsq. in luxuriā, occisa Euridice vxore eadémq. sorore sua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur. Atq. ita omnis magnitudine nominis, ac maiestatis oblitus noctes in stupris, dies in cōuiuiis cōsumit.*

Luxuria Ptolemæi. *Adduntur* INSTRVMENTA LVXVRIÆ, TYMPANA ET TRIPVDIA: *nec iam spectator rex, sed magister nequitiæ, neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primò labentis regiæ tacita pestis, & occulta mala fuere. Deinde crescente licētia, iā nec parietib. regiæ domus contineri meretricis audacia potest: quā proterui.rē, societas cū Agathocle fratre, ambitiosæ pulchritudinis scorto, quotidiana regis stupra faciebāt. Accedebat et mater Euanthe, quæ geminæ sobolis illecebris deuinctū regē tenebat. Itaq. nō contentæ rege, iam etiam regnū possident, iam in publico visuntur, iam salutantur, iā comitātur. Agathocles regis lateri iunctus, ciuitatē regebat tribunatus, præfecturas, & ducatus mulieres ordinabāt: nec quisquam in regno suo minus quàm ipse rex poterat. Cùm*

Ptolemæi mors. *interim relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mors eius, dū pecuniā regiam mulieres rapiunt, & imperium, inita cū perditissimis societate, occupare conantur, diu occultata*

tata fuit. Re tamen cognita: cõcursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in vltionem Eurydices, patibulis suffiguntur: morte regis, supplicio meretricum, veluti expiata regni infamia, legatos. Alexãdrini ad Romanos miserunt, orantes, vt tutelam pupilli susciperent, tuerentúrque regnum Aegypti, quod iam Philippum & Antiochum, facta inter se pactione, diuisisse dicebant. Grata legatio Romanis fuit, causam belli quaerentibus aduersus Philippũ, qui insidiatus eis tẽporibus Punici belli fuerat. Huc accedebat, quod Pœnis & Annibale superato, nullius magis arma metuebãt, reputantibus quantũ motũ Pyrrhus parua manu Macedonũ in Italia fecisset, quantásq; res Macedones in Oriẽte gessissent. Mittũtur igitur legati, qui Antiocho & Philippo, vt à regno Aegypti abstineant, nuntient. Mittitur & M. Lepidus in Aegyptum: qui tutoris nomine regnum pupilli administret. Dum haec aguntur, interim legati Attali regis Pergami, & Rhodiorũ iniurias Philippi regis querentes, Romã venerunt. Quae res omnem cunctationẽ Macedonici belli senatui exemit. Statim praetextu ferẽdi auxilij sociis, bellum aduersus Philippum decernitur, legionésq; cum consule in Macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore, tota Graecia fiducia Romanorũ aduersus Philippum spe pristinae libertatis erecta, bellum ei intulit: atq; ita cum

Agathocles cum Euanthe matre patibulis suffiguntur.

Legati Alexandrinorum ad Rom.

Occasio Ro. gerendi belli cũ Philippo.

Nunc vulgo Pergamená dicitur.

Bellũ Macedonicũ de quo Liuius.

rex undique urgeretur, pacem petere compellitur. Deinde cùm expositæ cõditiones pacis à Romanis essent, repetere sua & Attalus, & Rhodij, & Achæi, & Aetoli cœpere. Cõtrà Philippus adduci se posse, vt Romanis pareat, côcedebat. Ceterùm indignum esse, Græcos à Philippo & Alexandro maioribus suis victos, & sub iugum Macedonici imperij subactos, veluti victores leges pacis sibi diceret, quibus prius sit ratio seruitutis reddẽda, quàm libertas vendicãda. Ad postremũ tamẽ eo petente, induciæ duorum mensium sunt datæ, vt pax, quæ in Macedonia non conueniebat, Romæ à Senatu peteretur. Eodem anno inter insulas Theramenem & Therasiam medio vtriusque ripæ & mariũ spatio, terræmotus fuit. In quo cũ admiratione nauigantium repentè ex profundo cũ calidis aquis insula emersit. In Asia vero eodem die motus terræ Rhodum, multasq; alias ciuitates graui ruinarum mole concussit: quasdam solidas absorbuit. Quo prodigio territis omnibus, vates cecinere, Oriens Romanorũ imperium, vetus Græcorum ac Macedonum voraturum. Interim à senatu repudiata pace, Philippus in societatem belli Nabim tyrannũ solicitat. Atque ita cùm in aciem exercitum, instructis è diuerso hostibus produxisset, hortari suos cœpit, referẽdo Persas, Bactros, Indósq;, & omnem Asiã Orientis finem à Macedonibus perdomitam, tantoq; fortius

Cõsul fuit P. Sulpitius Vide Liuium in fine lib. 2. belli Maced.

Terræmotus.

Eodẽ quoque tempore refert Liuius.

Lauream in prætoria naui enatam.

Alij legũt Onabin: fuit is tyrãnus Lacedæmoniorum. Plutarch.

Pugnatum est ad Cy-

tius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio carior. Sed & Flaminius Romanorũ consul relatione rerũ recẽtissimè gestarum, suos stimulabat in prælium, ostendendo hanc Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam & Hispaniam Romana virtute perdomitas: nec Annibalem Alexandro quidem Magno postponẽdum, quo Italia pulso, Africam ipsam tertiã partẽ mundi superauerint. Sed nec Macedonas veteri fama, sed præsentibus viribus existimandos: quia non cum Alexãdro Magno quẽ inuictum audierant, nec cum exercitu eius, qui totum Orientẽ deuicerat, bellum gerant, sed cum Philippo puero immaturæ ætatis, qui regni terminos aduersus finitimos ægrè defendat: & cũ his Macedonibus, qui non* ita pridem præda Dardanis fuerunt. Illos maiorum decora, Romanos se suorumq; militum commemorare. Nõ enim alio exercitu Annibalem & Pœnos, & totum fermè Occidentẽ, sed his ipsis, quos in acie habebat, militib. subactos. His adhortationib. vtrinque concitati milites, prælio concurrunt, alteri Oriẽtis, alteri Occidentis imperio gloriãtes, ferentésque in bellũ alij maiorũ suorũ antiquam & obsoletã gloriã, alij virentẽ recẽtibus experimẽtis virtutis florẽ. Sed Macedonas Romana fortuna vicit. Fractus itaq; bello Philippus, pace à Flaminio Cõsule petita, nomẽ quidẽ regiũ retinuit: sed omnibus * Thraciæ vrbibus,*

nocephalas in Thessalia Flamini ad milites oratio.

* æstimandos.

* alii, ita vt pridem fuerunt.

* Græciæ Ad Apolloniã nocturno prælio. Flor.

velut

velut regni membris extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam, Macedoniam retinuit. Offensi tamen Ætoli, quòd non ex arbitrio eorum, Macedonia quoque ademta regi, & data sibi in præmiũ belli esset, legatos ad Antiochum mittunt, qui cum adulatione magnitudinis, in Romana bella, spe societatis vniversæ Græciæ impellerent.

Aetolorũ dux Thoas, impulit Antiochũ Fl.

IVSTINI LIBER XXI.

Causa Syriaci belli inter Rõ. & Antiochum.

MORTVO *Ptolemæo Philopatre rege Ægypti, contemtáq; paruuli filij eius ætate, qui in spem etiam regni relictus præda domesticis erat. Antiochus rex Syriæ occupare Ægyptum statuit. Itaque Phœnicem, cæterasq; Syriæ quidem, sed iuris Ægyptici ciuitates cum inuasisset, legatos ad eum senatus mittit, qui denũtiarent ei, abstineret à regno pupilli, postremis patris precibus fidei suæ traditi. Quibus spretis interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ omissa pupilli persona, ciuitates iure belli factas populi Romani in integrum restitui iubebat. Abnuenti bellum denũtiatur: quod ille facile susceptum, infeliciter gessit. Eodẽ tempore & Nabis tyrannus multas Græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus, ne eodẽ tempore duplici bello Romanæ*

Bellũ Ro. cum Nabide Lacedæmo. tyranno.

vires

vires detinerētur, scripsit Flaminio, si ei videatur, sicuti Macedoniā à Philippo ita Græciam à Nabide liberaret. Ob quā causam imperium ei prorogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum Annibalis nomen faciebat, quam æmuli eius occultis mandatis, cum Antiocho iniisse societatem apud Romanos criminabantur: negantes eum æquo animo sub legibus viuere assuetū, imperio, & immoderata licentia militare, semperque tædio quietis vrbanā nouas belli causas circumspicere: quæ, etsi falsa nuntiata fuissent, apud timentes tamen pro veris habebātur. Denique senatus metu perculsus, ad speculandos actus Annibalis, legatum in Africam Seruilium mittit, eiq; tacitis mādatis præcipit, vt si posset, eum per æmulos eius interficeret, metúque inuisi nominis, tandem populū Romanum liberaret. Sed res Annibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cauēdáq; pericula peritum: nec minus in secundis aduersa, quam in aduersis secunda cogitantem. Igitur cum tota die in oculis principum, legatique Romani in foro Carthaginensium obseruatus in supremum fuisset, appropinquante vespere, equum cōscendit, & rus vrbanum, quod prope littus maris habebat ignaris seruis, iussúq; ad portam diuertentem opperiri, contendit. Habebat ibi naues cum remigibus occulto sinu litoris abscōditas. Erat etiam grandis pecunia in eo agro præparata, vt cum res exegij

Annibalis nomē terribile.

Romani per Seruilium legatum Annibali insidias parāt.

Annibalis prudentia.

Ex Africa ad Antiochum fuga.

vexegisset, nec facultas fugam, nec inopia moraretur. Lectis igitur seruorum iuuentute, quarum copiam Italorum captiuorũ numerus augebat nauem conscendit, cursumque ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitas principem suũ, ac tum temporis consulem, in foro expectabat. Quem vt profectum nuntiatum est, non aliter quàm si vrbs capta esset, omnes trepidauere, exitiosámq; sibi fugam eius ominati sunt. Legatus verò Romanus quasi bellum iam illatum Italiæ ab Annibale esset, tacitus Romam reuertitur, trepidũque nuntium refert. Interim Flaminius in Græcia, iuncta cum quibusdã ciuitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus continuis prælijs subegit, & grauiter fractũ velut exanguem in regno reliquit. Sed libertate Græciæ restituta, reductis ab vrbibus præsidiis, cùm Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut vacua rursus possessione solicitatus, multas ciuitates repentino bello inuasit. Quibus rebus exterriti Achai, ne vicinum malum etiam ad se serperet, bellum aduersus Nabidem decernunt, ducemque prætorẽ suum Philopœmenã, insignis industriæ virum, constituunt, cuius in eo bello tãta virtus emituit, vt opinione omnium compararetur Flaminio Romano imperatori. Eodem tempore Annibal cùm ad Antiochum peruenisset, velut deorum munus excipitur: tantisq; eius aduentu ardor * animis regis accessit, vt nõ

prætorem habet Liuius Dec. 4. lib. 3.

Idem Liuius de hoc bello Dec. 4. li. 4.

* alij, animis access-

tam

iam de bello, quàm de præmiis victoriæ cogitaret. Sed Annibal, cui nota Romana virtus erat, negabat opprimi Romanos, nisi in Italia posse. Ad hoc sibi C. naues, & X. millia pedites, & mille equites poscebat, promittens hac manu non minus bellum, quàm gesserit, Italiæ restauraturum: & in Asiam regi sedenti, aut victoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & Hispanis bello flagrantibus, ducem tantum deesse: & Italiam notiorem sibi nunc, quàm pridem fuisse: sed nec Carthaginem quieturā, sociamq; * ei sine mora præbiturā. Cùm regi cōsilia placuissent, mittitur Carthaginē unus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidos hortetur, Annibalémq; cū copiis affuturū nuntiet: nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginēsium deesse: Asiam & vires belli, & sumptum præbituram. Hæc cum relata Carthaginem essent, nuntius ipse ab inimicis Annibalis cōprehenditur: & perductus in senatū, cùm interrogaretur, ad quē missus esset, Punico ingenio respōdit, se ad uniuersum senatum missum: Nec enim hoc opus singulorū, sed uniuersorum esse. Dū multis diebus deliberāt, an eum Romam ad purgandum publicam conscientiā mittant, tacitus cōsensu naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginēses statim Romam legatū deferunt. Romani quoq. ad Antiochum legatos misere, qui sub spe-

* se.

Aristo Tyrius fuit, qui mittebatur Carthaginem.

Hannonē intelligi, qui inimicus Bacchinæ factioni erat Plutar. in Annibale.

Legati fuere P. Sulpitius & P. Iulius.

Legatorũ Romanorum astutia.

cie legationis, et regis apparatum specularentur, & Annibalem, aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum inuisumq. regi facerent. Itaque legati cum Ephesi conuenissent ad Antio. hũ mandata ei senatus tradunt. Dum responsum expectant, omnibus diebus assidui cũ Annibal. fuerunt: dicentes, Timidè eum à patria recessisse, cũ pace Romani non tam cum republica, quam cum eo facta summa fide custodiant: nec bella eum Romanorum magis odio, quam patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoque etiã spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos, nõ priuatas inter duces bellandi causas esse, inde res gestas eius laudare: quorum sermone lætus, sæpius, cupidiúsque cũ legatis colloquitur, ignarus quod pro familiaritate Romana odiũ sibi apud regẽ crearet. Quippe Antiochus tã assiduo colloquio, reconciliatam cũ Romanis gratiam existimans, nihil ad eum sicut solebat referre, expertémque totius cõsilij, veluti hostẽ proditorémque suum, odisse cœpit. Quæ res tantum apparatũ belli, cessante imperatoria arte, corrupit. Senatus mãdata fuerũt, ut cõtentus terminis Asiæ esset, ne ipsis ingrediendi Asiã necessitatẽ imponeret. Quib. spretis, non accipiendũ bellum statuisse, sed inferendum ducitur. Quũ frequenter de bello consilium habuisset, remoto Annibale, tandẽ eũ vocari iussisse. nõ ut ex sententia eius aliquid ageret, sed ne per

me per omnia eum spreuisse videretur: omnibusque perrogatis, postremum interrogasse. Quo ille animaduerso, intelligere se professus est, non quia egeat cōsilio, sed ad supplendum numerū sententiarum se vocatum: tamen & odio Romanorū, & amore regis, apud quē solū tutum sibi exiliū relictum sit, se viam gerendi belli edisserturum. Veniam deinde libertati deprecatus, nihil se dicit consiliorum, nec coeptorū praesentium probare: neque sedem belli Graeciam sibi placere, cum Italia uberior materia sit. Quippe Romanos vinci non nisi armis suis posse, nec Italiam aliter, quam Italicis viribus subigi. Siquidem diuersum ceteris mortalibus esse illud & hominum & belli genus, & in aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquem occasionem & locū, tempora cepisse, agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaueris prior aliqua, seu viceris, tamen etiam cum victo & iacente luctandum esse. Quamobrem si quis eos in Italia lacessat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse *vincere, sicut ipse fecerit. Sin verò quis illos Italia, velut fonte virium, cesserit, *proinde falli ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis deriuare, sed concretis iam aquarum molibus auertere vel exsiccare velit. Haec & secreto se censuisse, ultróque ministerium consilij sui obtulisse: & nunc praesentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationem cum Ro-

Consilium Annibalis de bello Romanis inferendo.

Ratio belli gerendū cum Rom.

*vinci

*perinde

Annibalis de Rom. iudicium

manis gerendi belli, eosq. foris inuictos, domi fragiles esse. Prius namque eos urbe quàm imperio, prius Italia quàm prouinciis exui posse. Quippe & à Gallis captos, & à se propè deletos esse: neque se unquã uictum prius, quàm terris eorum cesserit. Reuerso Carthaginem, statim cum loco, fortunam belli mutatã. Huic sententiæ obtrectatores amici regis erant, non utilitatem rei cogitantes, sed uerentes ne probato consilio eius, primum apud regem locum gratiæ occuparet. Et Antiocho non tam cõsilium, quàm autor displicebat, ne gloria uictoriæ Annibalis, non sua esset. Omnia igitur uariis assentationũ adulationibus corrumpebantur: nihil consilio uel ratione agebatur. Rex ipse per hyemem in luxuriam lapsus, nouis quotidie nuptiis deditus erat. Contrà Attilius Romanorum Consul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, cæteráq. bello necessaria summa industria parabat: ciuitates socias confirmabat, dubias alliciebat: nec alius exitus belli quàm apparatus utriusque partis fuit. Itaq. prima belli congressione, cum cedentes suos rex cerneret, non laborãtibus auxilium tulit, sed fugientibus se ducẽ præbuit, castráq. ditia uictoribus reliquit. Deinde cùm in Asiã præda Romanis occupatis fugiẽdo peruenisset, pœnitere neglecti consilij cœpit, reuocatóq. in amicitiã Annibale, omnia ex sentẽtia eius agere velle dicit. Interim nuntiatur ei Liuiũ* Neuium. Romanum

Antiochi negligẽtia in bello aduersus Rom. parãdo.

Attilii Ro. Cos. diligentia.

De hac infelici Antiochi pugna scribit Solinus cap. 14.

*Meneniũ

num ducem cum octoginta rostratis nauibus, in bellum nauale, à senatu missum, aduentare: quæ res illi restituendæ fortunæ spem dedit. Itaque priusquàm sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptã, noua posse victoria aboleri. Annibali igitur tradita classe prælium cõmittitur: sed nec Asiani milites Romanis, neq; naues eorum pares rostratis nauibus fuere, minor tamen clades ducis solertia fuit. Romam nondum opinio victoriæ venerat & idcirco in Cõsulibus creandis suspensa ciuitas erat. Sed aduersus Annibalem ducem quis melior quàm Africani frater crearetur, cũ vincere Pœnos opus Scipionũ sit? Creatur igitur Consul* Publius Scipio, eique datur legatus frater Africanus, ut intelligeret Antiochus non maiorem fiduciam se in Annibale victo, quàm Romanos in victore Scipione habere. Traiicientibus in Asiam Scipionibus exercitum, iã vtrobiq; profligatum bellum nunciatum est, victumq; Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inuenerunt. Primo igitur aduentu eorum, legatos pacem petentes ad eos ab Antiocho mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium, quem rex paruo nauigio traiicientem ceperat. Sed Africanus priuata beneficia à rebus publicis segregata dixit, aliaque esse patris officia, alia patriæ iura, quæ non liberis tantum, verumetiam vitæ ipsi præponan-

Antiochus nauali bello victus à C. Liuio R. classis præfecto.

* Lucius

AEgrotabat tũ pater Eleæ. Plut.

Scipionis magnanimitas

tuo promissa gratiam se magnis accipere muneribus quàm impendio munificentiæ regis responsurum. Quod ad bellum pacémq; pertineat, nihil neque gratiæ dari, neque de iure patriæ decidi posse, respondit. Nam neque de redimendo filio unquam tractauit, nec senatum de eo agere permisit: sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur, ut Asia Romanis cederet, contentus Syriæ regno esset, naues uniuersas, captiuos, & transfugas traderet, sumptúmq; omnem belli Romanis restitueret. Quæ cum nuntiata Antiocho essent, nondum ita victum se esse respondit, ut spoliari se regno pateretur, belliq; ea irritamenta, non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab vtroq; bellum paratur, & ingressi Asiam Romani Ilium venissent, mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit: Iliensibus Aeneam, caeterósq; duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Tantaq; lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. Iuuabat Ilienses, nepotes suos, Occidente & Africa domita, Asiam ut auitum regnum vindicare: optabilem Troiæ ruinam fuisse dicentes, ut tam feliciter renasceretur. Contrà Romanos auitos lares, & incunabula maiorum, templaq; ac deorum simulacra, inexplebile desiderium videndi tenebat. Profectis ab Ilio Romanis, Eumenes rex cum auxiliis Romanis occurrit: nec multò

Fortitudinis exemplum Scipio.

Sunt & aliæ conditiones apud Plut. non paulò duriores.

Romanorũ & Iliensium gratulatio.

Eumenes rex Bithyniæ fuit, vt infra lib. 33.

multò post prælium est cum Antiocho commissum. Cùm in dexteriore cornu pulsa legio Romana, maiore dedecore quàm periculo, ad castra fugeret, M. Aemilius* tribunus militum ad tutelam castrorum relictus, armare se, milites suos & extra vallum progredi iubet strictisque gladiis fugientibus minari, morituros dicens, nisi in prælium reuertantur, infestioraq. sua, quam hostium castra inuenturos. Attonita tanto periculo legio, comitantibus commilitionibus, qui fugere eos prohibuerant, in prælium reuertitur, magnaque cæde edita, initium victoriæ fuit. Cæsa hostium quinquaginta millia, capta XI. millia. Antiocho pacem petenti, nihil ad superiores conditiones additum, Africano prædicante, NEQVE ROMANIS, SI VINCANTVR, ANIMOS MINVI: NEQVE SI VINCANT, SECVNDIS REBVS INSOLESCERE. Captas ciuitates inter socios diuisere, muneris Romani aptiorem* Asiam, quàm possessiones voluptarias iudicantes. Quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.

M. AEmilij virtus.

* alij, triginta millibus, relictis.

Antiochus vincitur à Scipionibus.

* gloriam

*

IVSTINI LIBER XXXII.



Aetoli vincuntur à Ro. Liu. Dec. 4. li. 8.

AETOLI qui Antiochum in bello Romano impulerant, victo eodem soli aduersus Romanos & viribus impares, & omni auxilio destituti remanserant. Nec multò post victi, libertatē, quā illibatam aduersus dominationem Atheniensiū & Spartanorū, inter tot Græciæ ciuitatem soli retinuerant, amiserunt. Quæ conditio tantò illis amarior, quanto serior fuit reputantibus tēpora illa, quibus tātis Persarū opib⁹, domesticis viribus restiterant: quibus Gallorum violentiam, Asiæ, Italiæq; terribilem Delphico bello fregerant. Quæ sola gloriosa recordatio, maius desideriū libertatis augebat. Dum hæc aguntur, medio tēpore inter Messenios & Achæos de principatu primò contentio, mox bellum ortum est.

Quo Galli prostrati sunt, suprà li. 24.

De hac pugna Plu. in Philopœmene.

Philopœmenes. Præclari imperatoris exem[illegible]

In eo nobilis Achæorum Philopœmenes imperator capitur: non quia pugnando vitæ parceret, sed dum suos in prælium reuocat, in trāsitus fossæ equo præcipitatus, à multitudine hostium oppressus est. Quem iacentem Messenij seu metu virtutis, vel verecundia dignitatis, interficere ausi non fuerāt. Itaque, velut in illo omne bellū confecissent, captiuum per vniuersam ciuitatem, in modū triumphi circunduxerūt, effuso obuiam

populo,

populo, ac si suis, non hostiũ imperator, aduentaretque victorẽ Achæi auidius vidissent, quã victum hostes viderunt. Igitur eũdẽ in theatrũ duci iusserunt, vt omnes cõtuerentur, quẽ potuisse capi incredibile singulis videbatur. Deinde in carcerẽ deducto, verecũdia magnitudinis eius venenũ ei dederũt: quod ille lætus, ac si vicisset, accepit, quæsito prius an * Licorias perfectius Achæorum, quẽ secundum à se esse scientia rei militaris sciebat, incolumis effugisset. Quẽ vt accepit euasisse, non in totum dicẽs consultũ malè Achæis, expirauit. Nec multò pòst, reparato bello, Messenij vincuntur, pœnásq; interfecti Philopœmenis repẽderũt. Interea in Syria rex Antiochus cũ grauĩ tributo pacis à Romanis premeretur, & victus aeratúsq. esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia sollicitatus, quã sperabat se sub specie tributariæ necessitatis excusatius sacrilegia cõmissurum, adhibito exercitu, nocte tẽplum * Dindymei Iouis aggreditur. Quare prodita, concursu incolarum, cum omni militia interficitur. Romæ cùm multæ Græciæ ciuitates questũ de iniuriis Philippi regis Macedonum venissent, & disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat, & legatos ciuitatum esset: turba querelarum confusus adolescens, repentè obticuit. Tunc senatus verecundia eius motus, quæ priuatim etiam anteà, cùm

Virtutis reuerentia

* Lycortas legit. Plu.

Nam quicunque autores fuerant occidendi Philopœmenis, ipsi sibi vltro mortem consciuere. Plut.

* Dodonæ.

Legatorũ de Philippo querelæ.

obses Romæ esset, charus omnibus fuerat, causam illi donauit: acquisita modestia sua Demetrius veniam patri, vt non iure defensionis, sed à patrocinio pudoris obtinuit, quod ipsi decreto senatus significatum est, vt appareret non tam absolutum Regem, quàm donatum filio patrẽ. Quæ res Demetrio non gratiam legationis, sed odiũ obtrectationis comparauit. Nam apud fratrem Perseum æmulatio illi inuidiam contraxit, & apud patrẽ nota absolutionis causa offensa fuit, indignante Philippo, plus momenti apud senatum personam filij, quàm authoritatem patris, ac dignitatem regiæ maiestatis habuisse. Igitur Perseus perspecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum criminari, & primò inuisum, post etiam suspectum reddere, nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionem ei patri obiectare. Ad postremum insidias sibi ab eo paratas confingit, ad cuius rei probationem immittit indices, testes subornat, & facinus, quod obijcit, *admittit. Quibus rebus, patre compulso ad parricidium, funestam omnem regiam facit. Occiso Demetrio, sublatoque æmulo, non negligentior tantum Perseus in patrem, verum etiam & contumacior erat: nec hæredem regni, sed regem se gerebat. His rebus offensus Philippus, impatientius in dies mortẽ Demetrij dolebat, tunc & insidiis se circumuentum suspicari, testes indicésque torquere.

Demetrii pudor.

Quæ res Demetrio patri odiũ conflarit.

Pulcherrimæ vtriusque orationes extant apud Liuiũ

*admittit.

Demetrii interitus.

Impietatis erga fratrẽ & patrem exemplũ Perseus.

quære. Atque ita cognita fraude, non minus scelere Persei, quàm innoxia Demetrij morte cruciabatur: peregissetque vltionem, nisi morte præuentus esset. Nam breui post tempore, morbo ex ægritudine animi contracto, decessit, relicto magno belli apparatu aduersus Romanos, quo postea Perseus vsus est. Nã & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat, fecissetque Romanis graue bellum, nisi decessisset. Nãque Galli bello aduersus Delphos infeliciter gesto, in quo maiorem vim numinis, quàm hostium senserant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadẽ vestigia quà venerant, antiquam patriam repetiuere. Ex his pars quædam in cõfluente Danubij & Saui consedit, Scordicósque se appellari voluit. Tectosagi autem cùm in antiquam patriam Tolosam venissent, comprehensiq; pestifera lue essent, non prius sanitatem recuperauere, quàm aruspicum respõsis moniti, aurum argentúmque bello sacrilegiísq; quæsitum: in Tolosensem lacum mergerent: Quod omne magno post tempore Capio Romanus consul abstulit. Fuit autem auri pondo centum decem millia, argenti pondo, quinquies decies cẽtum millia. Quod sacrilegium causa excidij* Capioni, exercituíque eius postea fuit. Romanos quoque Cymbrici belli tumultus, velut vltor sacræ pecuniæ, insequutus est. Ex gente Tectosagorum non me-

Philippi apparatus belli in Romanos.

Sacrilegij vltio.

Aurum Tolosanum.

*Seruilio.

dicerit populus præda dulcedine Illyricum petiuit, spoliatisque Istris, in Pannonia consedit. Istriorum gentem fama est originem à Colchis ducere, missis ab Aeeta rege ad Argonautas, raptorémque filiæ persequendos: qui ut à Ponto intrauerunt Istrum, alueo Sai fluminis penitius inuecti, vestigia Argonautarum insequentes, naues suas humeris per iuga montium vsque ad littus Adriatici maris transtulerunt: cognito quòd Argonautæ idem propter longitudinem nauis priores fecissent. Quos ut auectos Colchi reperiunt, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam consedere. Istriúque ex vocabulo amnis, quò à mari concesserant, appellati. Daci quoque soboles Getarum sunt. qui cùm Olore rege aduersus Basternas malè pugnassent, ob vltionem segnitiæ capturi somnum, capita loco pedum ponere iussu regis cogebãtur, ministeriáque vxoribus, quæ ipsis anteà fieri solebant, facere. Neque hæc antè mutata sunt, quàm ignominiam bello acceptam virtute delerēt. Igitur Perseus, cùm *imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus Romanos in societatem belli solicitabat. Interim inter Prusiam regem, ad quem Annibal post pacem Antiocho à Romanis datam, profugerat, & Eumenem bellum ortum est, quod Prusias Annibalis fiducia, rupto fœdere, prior intulit. Namque Annibal, cùm ab Antiocho

Istriorum origo,

Dacorum militum ignominia

*Bithyniæ

Digitized by Google

Rom

Romani inter cæteras cõditiones pacis deditionem eius deposcerent, admonitus à rege, in fugã versus, Cretam defertur: vbi cùm diu quietam vitam egisset, inuidiosúmque se propter nimias opes videret, amphoras plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortunæ suæ præsidia deposuit: atque ita nihil de illo solicita ciuitate, quoniam velut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam cõtendit, auro suo in statuis, quas secum portabat infuso, ne cõspectæ opes vitæ suæ nocerẽt. Deinde cũ Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset, plerúmque in mare transtulisset, Annibal nouo commento autor victoriæ fuit. Nam omne serpentinũ genus in fictiles lagenas coniici iußit, medióque prælio in naues hostium mitti. Id primùm Ponticis ridiculum visum, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed vbi serpentibus repleri naues cœpere, ancipiti periculo circumuenti, hosti victoriam cessere. Quæ vbi Romæ nuntiata sunt, missi à senatu sunt legati, qui vtrumque regem in pacem cogerẽt, Annibalémq. deposcerent. Sed Annibal re cognita, sumpto veneno, legationem morte præuenit. Insignis hic annus trium toto orbe maximorum imperatorũ fuit mortibus, Annibalis, Philopœmenis, & Scipionis Africani. Ex quibus cõstat Annibalẽ, nec cum Italia cum Romano tonãtem imperio contremuit, nec cùm reuersus Carthaginem summum imperiũ tenuit, aut cuban-tem

Annibalis astutia.

Huius rei vetustiores annales nõ meminerunt. Pl.

Annibal, coniectis in naues serpentibus vincit.

Mortuus est Annibal L X X. ætatis suæ anno.

tem cœnasse; aut plus sextario vini indulsisse, pudicitiámque eum tantam inter tot captiuos habuisse, vt in Africa natum quis negaret. Moderationis certè eius fuit, vt cùm diuersarum gētium exercitus rexerit, neque insidiis suorum militum sit petitus vnquam, neque fraude proditus, cùm vtrumque hostes sæpe tentassent.

IVSTINI LIBER XXXIII.

Bellum Ro. cum Perseo Macedoniæ rege.

MINORA quidem rerū motu Romani Macedonicū, quàm Punicū bellum gesserunt: sed tantò clarius quātò nobilitate Macedones Pœnos antecesserunt. Nā cū gloria Orientis domiti, tū auxiliis omniū regū iuuabātur. Itaq; Romani & legiones plus numero conscripserunt, & auxilia à Masinissa rege Numidarū, cæterísq; sociis omnibus *acciuerūt: & Eumeni regi Bithyniæ denūtiatum, vt bellū summis viribus iuuaret. Perseo præter Macedonicum exercitū inuictæ opinionis, decēnij belli sumptus à patre paratus, in thesauris, & in horreis erat: quibus rebus inflatus, & oblitus fortunæ paternæ, veterē Alexandri gloriā cōsiderare suos iubebat. Prima congreßio equitum fuit, qua victor Perseus suspensam omnium expectationem fauorem sui traxit

*accepe-runt.

Octingentos tritici modios habuisse. Plut. scribit. Cæsa sunt duo millia &

transacti: misit tamē legatos ad Consulem, qui pacē peterent, quam patri suo Romani etiam victo dedissent, impensas belli lege victi suscepturus. Sed Consul Sulpitius nō minus grauis, quā victo leges dixit. Dum hæc aguntur, metu tam periculosi belli, Romani Aemiliū Paulū Consulem creant, eiq; extra ordinem, Macedonicum bellum decernūt: qui cùm ad exercitū venisset, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie quàm consereretur bellum, luna nocte defecit: triste id ostentum Perseo omnibus præsagientibus, finemq; Macedonici regni portendi vaticinantibus. In ea pugna M. Cato, Catonis oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prælium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostium cum horrido clamore, velut iacentem obtruncaturus circūsteterat: at ille citius corpore collecto, magnas strages edidit. Quùm ad vnum opprimendum vndecunque hostes conuolarent, dum procerum quendā petit, gladius ei è manu elapsus, in mediam cohortem hostium decidit: ad quem recuperandum vmbone se protegens, inspectante vtroque exercitu, inter mucrones se hostium immersit, recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis; ad socios cū clamore omnium reuertitur. Huius audaciam cæteri imitati, victoriam peperere. Perseus rex fuga cum decem millibus talentûm Samothraciam defertur: quem Cneus Octauius

500. ex Romanis duce P. Licinio Plut. in vita Aemilij.

Pugna Aemilij & Persei ad Elpona & Lycum amnes. M. Cato exēplum militaris fortitudinis, & mirabilis audaciæ.

Asylo se ... tans.

Octauius ad persequendum missus à consule, cũ duobus filiis, Alexãdro & Philippo, repert, captúmque ad cõsulem duxit. Macedonia à Carano, qui primus in ea regnauit, vsq; ad Perseũ triginta reges habuit. Quorum sub regno fuit quidẽ annis nongẽtis & vigintitribus: sed rerum non nisi centũ nonaginta duobus annis potita. Ita cùm in ditionem Romanorum cessisset, magistratibus per singulas ciuitates constitutis, libera facta est: legésque, quibus adhuc vtitur, à Paulò accepit. Aetolorum vniuersarum vrbium senatus, cum coniugibus & liberis, qui dubiæ fidei fuerãt, Romam missus, ibíq; ne in patria aliquid nouaret, diu detẽtus: ægréq; per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato, in patriam quisque suam remissus est.

Eufeb. xl habet.

Aetolorum Senatus Romam missus.

IVSTINI LIBER XXXIIII.

Achaici belli origo.

POENIS *ac Macedonibus subactis, Aetolorũq. viribus principis captiuitate debilitatis, soli adhuc ex Græcia vniuersa Achæi nimis potẽtes tũc tẽporis Romanis videbãtur, nõ propter singularũ ciuitatũ nimias opes, sed propter cõspirationẽ vniuersarum. Namq. Achæi licet per ciuitates, veluti per mẽbra diuisi sint, vnum tamẽ corpus & vnũ imperiũ habẽt, singularũq; vrbium,*

urbium pericula mutuis* periculis propulsant. *viribus
Quaerentibus igitur Romanis causas belli, tēpestiuè fortuna querelas Spartanorū obtulit, quorū agros Achaei propter mutuum odium p pu labantur. Spartanis à senatu responsum est, legatos se ad inspiciendas res sociorum, & ad iniuriam demendā in Graeciā missuros: sed legatis occultè mandata data sunt, ut corpus Achaeorū dissoluerent, singulásq; urbes proprij iuris facerent, quò facilius ad obsequia cogerentur, & si quae urbes contumaces essent, frangerentur. Igitur legati omnium ciuitatū principibus euocatis Corinthum, decretum senatus recitant, quod cōsilij habeant, aperiunt. Expedire omnibus dicit, ut singulae ciuitates leges suas & iura sua habeant. Quod ubi omnibus innotuit, uelut in furorem uersi, uniuersum peregrinum populum trucidant: legatos quoq; ipsos Romanorū violassent, nisi audito tumultu trepidè fugissent. Haec ubi Romae nunciata sunt, statim senatus Mummio consuli bellum Achaicum decernit: qui exercitu deportato, & omnibus strenuè prouisis, pugnandi copiam hostibus fecit. Sed Achaei, ue ut nihil negotij Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. Itaq; praedā non praelium cogitantes, & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt: & coniuges liberósque suos ad spectanda certamina in mōtibus deposuerunt. Sed

Legati. Rom. ad Achaeos.

Critolaus dubium an & manu, vel ... certè bratione legatos Rom. violauit. Flo.

Achęorum inconsulta temeritas.

pra

Sub Isthmi faucibus prælium cōmissum erat.

prælio commisso, ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculū sui & grauem luctus memoriam reliquerunt: Coniuges quoque, liberi eorū de spectatoribus captiui facti, præda*hostiū fuere: Vrbs ipsa Corinth⁹ diruitur, populus omnis sub corona venditur, ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur.

*hosti Corinthius diruitur.

Dum hæc aguntur rex Syriæ Antiochus Ptolemæo, maioris sororis suæ filio, regi Aegypti bellū infert, segnis admodū, & quotidiana luxuria ita marcido, ut nō solū regiæ maiestatis officia intermitteret, verumetiam sensu hominis nimia* sagina careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit, participatoq; cum eo regno, Romam legatos ad senatū mittunt, auxilia petunt, fidem societatis implorant. Mouere senatum preces fratrū. Mittitur igitur legatus P. Popilius ad Antiochum, qui abstinere illum Aegypto, aut si iam incessisset, excedere iuberet. Cum in Aegypto eum inuenisset, osculúmque ei rex obtulisset (nā coluerat, inter cæteros, P. Popilium Antiochus cū Romæ obses esset) tunc Popilius facessere interim priuatam amicitiam iubet, cum mandata patriæ intercedant: prolatóque senatus decreto, & tradito, cum cunctari regem videret, consultationémq; ad amicos referre: ibi Popilius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclusum, ut amicos caperet, consulere iubet: nec

*segnitia

Alexandriā tum obsidebat Antiochus Cic. 5. in 8. Antonin.

Exemplum prudētis & constantis viri Popilius.

prius

*prius inde exire, quàm respõsum senatui daret, aut pacem, aut bellum cum Romanis habiturũ. Adeóq; hæc asperitas animum regis fregit, vt pariturũ se senatus responderet. Reuersus in regnũ Antiochus, decedit relicto paruulo admodũ filio: cui cũ tutores dati à populo essent, patruus eius Demetrius, qui obses Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, senatũ adiit, obsidémq; se viuo fratre venisse: quo mortuo cuius obses sit, se ignorare. Dimitti igitur se ad regnũ petendum æquum esse, quod sicuti iure gentium maiori fratri cesserit, ità nunc sibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi. Cùm se nõ dimitti animaduerteret, à senatu tacito iudicio tutius apud pupillum, quàm apud eum regnum futurũ arbitrante, specie venandi ab vrbe profectus, * Hostiam tacitus, cum fugæ comitibus nauem conscendit. Delatus in Syriã secũdo fauore omniũ excipitur, regnúmq. ei, occiso pupillo, à tutoribus traditur. Eodẽ tempore fermè Prusias rex Bithyniæ, cõsilium cepit interficiendi Nicomedis filij, dum cõsulere studet minoribus filiis, quos ex nouerca eius susceperat, & Romæ habebat. Sed res adolescenti ab his, qui facinus susceperant, proditur: hortatíque sunt, vt crudelitate patris prouocatus, occupet insidias, & in autorẽ retorqueat scelus, nec difficilis persuasio fuit. Igitur cũ accitus in patris regnum venisset, statim rex appellatur, Prusias regno spoliatus à filio, pri-*

Demetrius obsesse Romæ aufugit.

* Hostiam Tyberinã intelligit.

Prusias à filio necatur.

natúsq; redditur, etiam à seruis deseritur: cùm in latebris ageret, non minori scelere, quàm filium occidi iusserat, à filio interficitur.

IVSTINI LIBER XXXV.

DEMETRIVS occupato Syriæ regno, nouitatis suæ odium periculosum ratus, ampliare fines regni statuit, etiã opes augere finitimorũ bellis. Itaq. Ariarathi regi Cappadociæ propter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrem eius Holofernẽ per iniuriã regno supplicẽ recepit: datumq; sibi honestũ belli titulũ gratulatus, eum restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato animo inita cum Antiochensibus pactione, offensus tũc à Demetrio pellere ipsum regno, à quo restituebatur, cõsilium accepit. Quo cognito, Demetrius quidem vitæ eius, ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur, pepercit: ipsum autem cõprehensum, vinctũ Seleuciæ custodiri iubet. Nec Antiochenses indicio territi, à defectione destiterunt. Itaque adiuuantibus & Ptolemæo rege Aegypti, & Attalo rege Asiæ & Ariarathe rege Cappadociæ, bello à Demetrio lacessitis, subornãt Propalũ quendã sortis extremæ iuuenem, qui Syriã velut pater-

Holofernes exemplum summæ ingratitudinis.

Prompalus infimæ sortis homo Syriæ regnum rat.

num regnum armis repeteret: & ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexãdri inditur, genitúsq; ab Antiocho rege dicitur. Tantum odium Demetrij apud omnes erat, ut æmulo eius non vires regiæ tantũ, verumetiã generis nobilitas consensu omnium tribueretur. Igitur Alexãder admirabili varietate rerum, pristinarum sordium oblitus, totius fermè Orientis viribus succinctus, bellũ Demetrio infert, victumque vita pariter ac regno spoliat: quanquã Demetrio nec animus in propulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugauit, & regibus bellum restituẽtibus, multa millia cæcidit in acie. Ad postremum tamẽ inuicto animo inter confertissimós hostes fortissimè dimicãs, cecidit. Initio belli Demetrius duos filios apud hospitẽ suum Gnidium, cum magno auri pondere demandauerat, ut & à belli periculis eximerentur, & si ita fors tulisset, ultioni paternæ seruarentur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem insperatæ opes, & alia felicitatis ornamẽta, velut captiuũ inter scortorũ greges desidę in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus securum, ac nihil hostile metuentẽ, aggreditur. Antiochenses quoquè veterẽ patris offensam nouis meritis correcturi, se ei tradunt: sed & milites paterni fauore iuuenis accensi, prioris sacramenti religionem noui regis superbiæ præferentes, signa

Epiphonema.

Demetri⁹ Socer vincitur & interficitur.

ad Demetrium transferunt: atque ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus, quàm elatus, primo prælio victus interficitur: deditq; pœnas & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

Prôpalus, Alexander dictus, vita & regno spoliatur.

IVSTINI LIBER XXXVI.

RECVPERATO *paterno regno, Demetrius et ipse rerũ successu corruptus, vitiis adolescẽtiæ in segnitiẽ labitur: tãtumq; contẽptũ apud omnes inertiæ, quãtum odium ex superbia pater habuerat, cõtraxit. Itaque cùm ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiæ maculam, bellũ Parthis inferre statuit: cuius aduentum non inuiti Orientis populi videre, & propter Arsacidæ regis Parthorum crudelitatem, & quod veteri Macedonum imperio noui populi assueti superbiã indignè ferebant. Itaque cũ & Persarũ, & Elimeorum, Bactrianorũque auxiliis iuuaretur, multis præliis Parthos fudit. Ad postremũ tamẽ pacis simulatione deceptus, capitur, traductúsque per ora ciuitatum, populis qui desciuerãt, in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in Hircaniã, benignè & iuxta cultũ pristinæ fortunæ habetur. Dũ hæc agũtur, interim in Syria Trypho, qui se tutorẽ Antiocho*

Demetrius Parthis bellũ infert.

A Parthis vincitur & capitur

Demetr.

Demetrij priuigno substitui à populo laborauerat, occiso pupillo regnū Syriæ inuadit. Quo diu potitus, tandem exolescente fauori recentis imperij, ab Antiocho puero admodū Demetrij fratre qui in Asia educabatur, bello vincitur; rursusque regnum Syriæ ad sobolem Demetrij reuertitur. Igitur Antiochus memor quòd etiam pater propter superbiā inuisus, & frater propter segnitiē cōtemptus fuisset, ne in eadē vitia incideret, accepta in matrimoniū Cleopatra, vxore fratris, ciuitates quæ initio fraterni imperij defecerāt, summa industria persequitur, domitásque rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoq; qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatē vēdicauerāt, subegit. Quorum vires tāta fuere, vt post hūc nullū Macedonū regem tulerint, domesticisque imperiis vsi, Syriam magnis bellis infestauerint. Fuit námque Iudæis origo Damascena, quæ Syriæ nobilissima ciuitas est: vnde & à Syriis regibus genus ē regina Semiramide fuit. Nomē vrbi à Damasco rege inditū: in cuius honorē, Syrij sepulchrū Arathis vxoris eius pro templo coluere, deámque ex inde sanctissimæ religionis habēt. Post Damascū, Abrahā, Moses, Israel, reges fuere. Sed Israelē felix decē filiorū prouētus maioribus suis clariorē fecit. Itaque populū in decē regna diuisum filiis tradidit, omnésque ex nomine Iudæ, qui post diuisionē decesserat, Iudæos appellauit:

Iudæi ab Antiocho subacti.

Iudæorum origo, cuius veritatem ex sacris literis non hinc petes.

Iudæi à Iuda di[...]

coliqué eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimúsq; inter fratres ætate Ioseph fuit: cuius excellẽs ingeniũ veriti fratres, clàm interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset: breui ipsi *regi percharus fuit. nã & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit: nihilq; diuini iuris humanique ei incognitum videbatur: adeo vt etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: periissétq; omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius, rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset: tantáque experimenta eius fuerũt, vt non ab homine, sed à Deo respõsa dari viderentur. Filius eius Moses fuit, quẽ etiam præter paternæ sciẽtiæ hereditatẽ formæ pulchritudo commendabat. Sed cùm scabiẽ Aegyptij, & pruriginem paterentur, respõso moniti, eũ cũ ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Aegypti pellũt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorũ furto abstulit: quæ repetentes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus cõpulsi sunt. Itaque Moses Damascena patria antiqua repetita, montem * Syneũ occupat, in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ, cum populo suo fatigatus, cum tãdẽ * venisset, septimũ diẽ more gẽtis, SABBATHVM appellatum, IN OMNE AEVVM IE-

adeo inuisum fuisse fratribus Genesi scriptum est, quod plus omnibus fratribus diligeretur à patre Isaele.

* Pharaoni Ioseph Israelis filij Iani.

* Synam

* finisset, malim

IEIVNIO SACRAVIT: *quoniam ille dies famem illis erroremq; finierat. Et quoniã metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerãt, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerũt, ne cũ peregrinis cõmunicarent: quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionémque conuertit. Post Mosen etiam eius filius Aruas, sacerdos sacris Aegyptiis, mox rex creatur: sempérq; exinde hic mos apud Iudæos fuit, ut eosdem et reges, & sacerdotes haberẽt: quorũ iustitia, religione permista incredibile quantum coaluere. Opes genti ex vectigalibus opobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est namq; vallis, quæ cõtinuis montibus, velut muro quodam cincta, ad instar hortorum clauditur: spatiũ loci CC millia iugera: nomine Ierico dicitur, in ea valle sylua est & ubertate, et amœnitate insignis. Siquidem palmeto & opobalsameto distinguitur. Arbores opobalsami formã similem *piceis arboribus habẽt, nisi quod sunt humiles magis, & in vinearum morem excoluntur. Hæ certo tẽpore anni balsamũ sudant: sed non minor loci eius apricitatis, quàm vbertatis admiratio est. Quippe cũ toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepida aëris naturalis quædam ac perpetua opacitas inest. In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem, et aquæ immobilitatem, mortuum mare dicitur. Nam neque ventis mouetur,*

Sabbatum vnde religiosum Iudæis.

Secus aliquanto habet historia sacra.

Iudæorum successus & opes.

Opobalsamum, balsami succus est.

* pineis Opobalsami descriptio.

Mare mortuum

resistentibus turbinibus bitumine, quo aquæ omnes stagnatur: neque nauigationis patiens est, quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur: nec materiam vllam sustinet, nisi quæ alumine illinatur. Primus Xerxes rex Persarum Iudæos domuit: postea cùm ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni venere, diúque in potestate Macedonici imperij fuêre. A Demetrio cùm desciuissent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex Orientalibus libertatem receperunt, facilè tunc Romanis de alieno largientibus. Per eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur, in Asia rex Attalus florentissimum, ab Eumene patruo acceptum regnum, cædibus amicorum & cognatorū suppliciis fœdabat, nunc matrem anum, nunc Beronicem sponsam, maleficiis eorum necatas confingens. Post hanc scelestam violētiæ rabiem, squalidam vestem sumit, barbam capillúmque in modum reorum summittit: non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi lætiora conuiuia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus vt pœnas pendere manibus interfectorū videretur. Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat, & noxia innoxiis permiscebat, eáque omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus amicis mittebat. Ab hoc studio ærariæ artis fabricæ se tradidit, ceráque*

*Illutatur.

Attalus rex Pergami.

Attali studium.

quæ fingendis; & ære findendo procudendóque oblectabatur. Matri deinde sepulcrum facere instituit: cui operi intentus, morbum ex solis ardore contraxit, & septima die decessit: huius testamento hæres populus Rom. tunc instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus, non iusto matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cuiusdam filia genitus, qui post mortem Attali velut paternum regnum inuasit Asiam. Cùm multa secūda prælia aduersus ciuitates, quæ metu Romanorum se tradere ei nolebant, fecisset, iustúsque rex iam videretur, Asia Licinio Crasso Cōsuli decernitur: qui intentior Asiaticæ prædæ, quàm bello, cùm extremo anni tempore inordinatà acie prælium cōseruisset, victus pœnas inconsultæ auaritiæ sanguine dedit. In huius locum missus Perpenna Consul prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit, Attalicásque gazas hereditarias populi Romani nauibus impositas, Romam deportauit. Quod ægrè ferens successor eius Marcus Aquilius Consul ad eripiendum Aristonicū Perpennæ, veluti sui potius triumphi munus esse deberet, festinata velocitate contendit. Sed contentionem Consulum, mors Perpennæ diremit. Sic Asia facta Romanorum, cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit.

Populus Rom. hæres Attali.

Mindū Samum & Colophonem intelligit. Flo.

Prætorem Licinium Flo. appellat.

Anno 461 Vrbis cōd. Plin. lib. 13. cap. 3.

IVSTINI LIBER XXXVII.

Massiliensium apud Rom. gratia.



APTO *Aristonico, Massilienses pro Phocęensibus conditorib. suis. quorũ vrbē senatus, & omne nomen, quod & tunc, & anteà Antiochi bello infesta contra populũ Romanũ arma tulerant, deleri iusserant, legatos Romā misere deprecātes, veniãq; his à senatu obtinere. Post hæc regib⁹, qui aduersus Aristonicũ auxilia tulerāt, præmia persoluta: Mithridati Pōtico Syria minor, filiis Ariarathis regis Capadociæ, qui eodē bello ceciderat, Lycaonia et Cylicia data, fideliórq; populus Rō. in socij filios, quàm mater in liberos fuit. Quippe hinc paruulo auctũ regnũ, inde vita adēpta Nãq; Laodice ex numero sex filiorũ, quos virilis sex⁹ ex Ariarathe rege susceperat, timēs ne diuturna regni administratione adultis qbusdã potiretur, quinq; parricidali veneno necauit: vnũ paruulũ sceleri matris cognatorũ custodia eripuit, qui post necē Laodices (nã propter crudelitatē eam, populus extinxerat) solus regno potitus est. Mithridates quoq; repentina morte interceptus, filium, qui & ipse Mithridates dict⁹ est, reliquit. Cuius ea posteà magnitudo fuit, vt nō sui tantùm temporis, verũ etiã superioris ætatis omnes reges maiestate*

Sũma Laodices erga filios impietas.

superа-

superauerit, belláq; cum Romanis per XLVI. *annos varia victoria gesserit. Quē summi imperatores Sylla, Lucull⁹, caterí q; in sūma, Cneus Pompeius ita vicerunt, vt maior clariórq; resurgeret in restaurando prælio damnísq; suis terribilior redderetur. Denique ad postremum non vi hostili victus, sed voluntaria morte in auito regno senex hærede filio decessit. Huius futurā magnitudinem etiam cœlestia ostenta prædixerant. Nam & quo genitus est anno, & eo quo regnare primùm cœpit stella cometes per vtrūque tēpus septuaginta diebus ita luxit, vt cælū omne conflagrare videretur. Nam & magnitudine sui quartam partem cæli occupauerat, & fulgore sui solis nitorem vicerat: & cum oriretur occumberétq; quatuor spatiū horarū cōsumebat. Puer tutorum insidias passus est, eum fero equo impositum, equitare iacularíq; cogebant: qui conatus cum eos fefellissent, supra ætatem regente equum Mithridate, veneno eū appetiuere. Quod metuens, antidota sæpius bibit, & ita se aduersus insidias exquisitioribus remediis stagnauit, vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit. Timens deinde ne inimici, quod veneno nō potuerāt, ferro peragerent, venādi studiū finxit: qua propter quatuor annos neq; vrbis, neq; ruris tecto vsus est: sed per Syluas vagat⁹ est, & diuersis mōtiū regionibus pernoctabat, ignaris omnibus quibus esset locus assuetus feras cursu*

Prodigia in Mithridatis ortu

Mithridatis in pueritia pericula & studia.

In summā senectutē beneficio antidoti euasit cuius Plin. meminit lib. 23.

aut

* fugare. Aperto etiam capite fuisse perpetuo, Cicero scribit: id quod valetudinis plurimum intererat.

aut *fatigare, aut persequi, cũ quibusdam etiam viribus cõgredi. Quibus rebus & insidias vitauit, & corpus ad omnem virtutis patientiã durauit. Ad regni deinde administrationem cùm accessisset, statim non de re regẽdo, sed de augendo regno cogitauit. Itaque Scythas inuictos antea, qui Zopyrona, Alexandri magni ducem, cum triginta millibus armatorum deleuerant, qui Cyrũ Persarum regẽ cũ ducẽtis millibus armatorum trucidauerant, qui Philippũ Macedonum regem fugauerant, ingenti felicitate perdomuit. Auctus igitur viribus Pontum quoque ac deinceps Cappadociam occupauit. Asiam cum quibusdam amicis tacitus à regno profectus, nemine sciente, peruagatus est, omniũq; vrbiũ situs ac regiones cognouit. Inde Bithiniam transcendit, & quasi iã dominus Asiæ, opportuna quæq; victoriæ suæ *metatus est. Post hæc in regnũ cũ iã periisse crederetur, reuersus est, inuẽto paruulo filio, quẽ per absẽtiã eius Laodice soror, vxórque enixa fuerat: sed inter gratulationẽ post lõgã peregrinationẽ aduẽtꝰ sui, & filij geniti, veneno periclitatus est. Siquidẽ Laodice soror cùm periisse eum crederet, in cõcubitus amicorũ proiecta, quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset, venenum aduenienti parauit. Quod cũ ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus in autores vindicauit. Hyeme deinde imminente, nõ in cõuiuio, sed in campo: non in vacationibus

Scythæ vincuntur à Mithridate.

* meditatus.

Laodicis scelus.

Malũ consilium cõsultori pessimum.

bus, sed in exercitationibus: ne inter sodales, sed inter æquales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. Exercitum quoq; suum ad parem laboris patientiā quotidiana exercitatione durabat, atque ita inuictus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat. Inita deinde cum Nicomede societate, Paphlagoniam inuadit, victámq; cum socio diuidit. Quā cùm teneri à regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad vtrumque misit, qui gentem restitui in pristinum statum iuberent. Mithridates cùm se parē iam magnitudini Romanorum crederet, superbo respōso, hæreditariū patri suo regnū obuenisse, respondit: mirariq; se, quæ ei controuersia relata non fuerit, sibi referrāt. Nec territus minis, Galatiā quoq; occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure non poterat, iniusto regi redditurū respōdit. Atque ita filium suum mutato nomine, Philomenē Paphlagonum regum nomine appellat, & quasi stirpi regiæ reddidisset regnum, falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati, Romam reuertuntur. Nicomedis fraus.

IVSTINI LIBER XXXVIII.



MITHRIDATES parricidia à nece vxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cuius virum Ariarathē regē Cappadociæ per Mithridatis scelera & parricidia.

Gor

Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit nihil actũ morte patris existimans si adolescentes paternum regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dum in his occupationibus versatur, interim Nicomedes rex Bithiniæ, vacuam morte regis Cappadociã inuadit. Quod cùm nuntiatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori ad pellẽdum Cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod ægrè ferẽs Mithridates, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit, regnúmque sororis filio restituit. Egregium prorsus factum, nisi subsequuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus, simulat se Gordium, quo ministro vsus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans, si obsisteret adolescẽs, causas belli futuras: aut si permitteret, per eundem filium tolli posse per quem interfecerat patrem. Quod vbi Ariarathes iunior moliri cognouit, indignè ferens interfectorem patris per auunculum potentissimè ab exilio reuocari, ingentẽ exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum decem millia, currus falcatos D C. *nec Ariarathi auxiliantibus finitimis regibus: minores copiæ essent, incertum bellum timens, consilia ad insidias trãsfert: solicitatoque iuuene ad colloquium, cum ferrum occulta*

Nicomedes Cappadociam inuadit.

Mithridatis fraus

cultdium inter fascias gereret scrutatori ab Ariarathe regio more misso, curtesiùs imum ventrem pertractanti, ait, Caueret, ne aliud telum inueniret, quam quæreret. Atq. ita risu protectis insidiis, seuocatum ab amicis, velut in secretum sermonem spectante vtroque exercitu, interficit: regnum Cappadociæ octo annorum filio imposito, Ariarathis nomine, additóque ei rectore Gordio, tradit. Sed Cappadoces crudelitate ac libidine præfatorū vexati, à Mithridate deficiunt, fratrémq; regis, & ipsum Ariarathem nomine, ab Asia, vbi educabatur, reuocant: cū quo Mithridates prælium renouat, victúmq; Cappadociæ regno expellit. Nec multò post ex ægritudine adolescēs collecta infirmitate, decedit. Post huius mortē Nicomedes timēs, ne Mithridates accessione Cappadociæ, etiam Bithiniam finitimā inuaderet, subornat, puerū eximiæ pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à Senatu Romano paternum regnū peteret. Vxorem quoq; Laodicem Romā mittit, ad testimonium trium ex Ariarathe susceptorū filiorum: quod vbi Mithridates cognouit, et ipse pari impudētia Gordium Romam mittit, qui senatui assereret, puerum cui Cappadociæ regnum tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferēs, occidisset. Sed senatus studia regum intelligens, aliena regna falsis nominibus

Ariarathes Mithridatis dolo obtruncatus

Contentio regum de Cappadociæ regno.

nibus dare noluit, & Mithridati Cappadociā, & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniam ademit: ac ne contumelia regū foret adem ptum illis, quod aliis daretur, vterque populus libertate donatus est. Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes, negant viuere gentem sine rege posse. Atq. ita vexillis à senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex Armeniæ, obses à Parthis ante non multum tēpus datus, olim ab iisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatē Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientē, per Gordiū impellit, vt Ariobarzani segni admodū bellum inferat: & ne quis dolus subesse videretur, filiam suā Cleopatrā ei in matrimonium tradidit. Primò ergo aduētu Tigranis, Ariobarzanes sublatis rebus suis, Romam contendit: atque ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse Mithridatis cœpit. Eodē tempore mortuo Nicomede, etiam filius eius, & ipse Nicomedes, regno à Mithridate pellitur: qui cùm supplex Romam venisset, decernitur in senatu, vt vterque in regnum suum restituatur: in quod tamen missi Aquilius Manlius, & Malthinius legati. His cognitis Mithridates societatē cū Tigrane, bellum aduersus Romanos gesturus, iungit. pactiq; inter se sunt, vt vrbes agrique Mithridati, homines uerò & quæ-

Ariobarzanes Cappadociæ rex à senatu Ro. constituitur.

Romam aufugit.

quæcunque auferre possent, Tigrani cederent. Post hæc Mithridates intelligẽs quantũ bellum suscitaret, legatos ad *Cymbros, alios ad Gallo grecos: & Sarmatas, Bastarnásq. auxiliũ petitum mittit. Nã omnes has gentes, cùm Romanũ meditaretur bellum, variis beneficiorum muneribus iã ante illexerat. Ab Scythia quoq. exercitum venire iubet, omnémq. Oriẽtem aduersus Romanos armat. Nõ igitur magno labore Aquilium, & Malthiniũ Asiano exercitu instructos vicit: quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur: multũ ibi auri argentiq; studio veterum regum, magnúmque belli apparatum inuenit: quibus instructus, debita ciuitatibus publica & priuata remittit, & vacationem quinquennio consedit. Tunc ad cõcionem milites vocat, eósque variis exhortationibus ad Romana bella, siue Asiana incitat. Quam orationem dignã duxi, cuius exemplum breuitati huius operis insererẽ, quam obliquam Pompeius Trogus exposuit: quoniam in Liuio & Salustio reprehendit, quod conciones directas pro sua oratione operi suo inserendo historiæ modũ excesserint. Optãdum sibi fuisse ait, vt de eo liceret consulere, bellúmne sit cum Romanis, an pax habenda: quin verò sit insistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoriæ careant. Quippe aduersus latrones, si nequeant pro salute, pro vltione ta-

*Cimerios.

Mithridatis prima victoria de Rom.

In Liuio & Sallustio quid notauit. Trogus.

Mithridatis oratio ad milites generis deliberatiui Propositio. A necessario.

men sua omnes ferrum stringere. Cæterùm quia non id agitur, an liceat quiescere, non tantùm animo hostiliter, sed etiam prælio cõgressu consulere, qua ratione ac spe cœpta bella sustineant esse, tamen sibi victoriæ fiduciam, si sit illis animus: Romanósque vinci posse, cognitum non sibi magis, quàm ipsis militibus, qui & in Bithynia Aquilium, & Malthinum in Cappadocia fuderint. At si quidẽ aliena magis exẽpla, quã sua experimẽta moueãt, audire se à Pyrrho rege Epiri, non amplius quã quinq. millibus Macedonũ instructo, fusos tribus præliis Romanos. Audire Annibalem sexdecim annos Italiæ victorẽ immoratum: & quin ipsam caperet vrbẽ, nõ Romanorum illi vires obstitisse, sed domestica æmulationis atque inuidiæ studium. Audire populos Trãsalpinæ Galliæ Italiã ingressos, maximis eam plurimísq. vrbibus possidere: & latius aliquãto solum filium, quam in Asia, quæ dicatur imbellis, eosdem Gallos occupasse: nec victam solũ dici Romã à Gallis, sed etiã captam, ita vt vnius illis montis tantùm cacumen relinqueretur, nec bello hostem, sed pretio remotum: Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in partẽ virium suarum ipse habeat. Nã hos qui Asiam incolunt, Gallos ab illis qui Italiam occupauerant, sedibus tantũ distare: originem quidẽ ac virtutem, genúsq. pugnæ idem habere, tantóque his sagaciora esse in

A facili.

Ab exemplis.

Exemplorũm congeries.

genia quã illis, quãto lõgiori ac difficiliori spatio per Illyricum Thraciámq. prodierunt, penè operosius trãsitis illorũ *sedibus, quàm vbi cõsedère possessis. Iam ipsam Italiam audire se nunquàm, vt Roma condita sit, satis illi pacatũ, sed assiduè per omnes annos pro libertate alios contrà quosdam etiam pro iure imperij, bellis cõtinuis perseuerasse: quod à multis ciuitatibus Italiæ deletos Romanorũ exercitus ferro, à quibusdam nouo cõtumeliæ more sub iugum missos: ac ne veteribus immoremur exẽplis, hoc ipso tẽpore vniuersam Italiam bello Marsico cõsurrexisse, non iam libertatem, sed cõsortium imperij, ciuitatisq. poscentem: nec grauius vicino Italiæ bello, quàm domesticis principum factionibus vrbẽ premi, multóq. periculosius accessisse Italico ciuile bellum simul & à Germania Cymbros, immẽsam illam ferorum atque immitium populorum more procellæ illuuiẽ, inundasse Italiam. Quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, vniuersis tamen obruãtur, vt ne vacaturos quidem bello suo putent. Vtendum igitur occasione, & rapienda incrementa virium, ne si illis occupatis quieuerint, mox aduersus vacuos, & quietos maius negotium habeãt. Nõ enim queritur an capienda sint arma, sed vtrum sua potius occasione an illorum. Nam bellum equidem iam tũc secum ab illis geri cœptum, cùm sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam pa-

*finibus. Ab opportuno.

Samites intelligit, à quibus Ro. sunt sub iugum missi. Li.9. ab Vrb. con.

Anno DCLXII. simul ciuilia bella, & Mithridatica expetunt.

Oros. Epilogus huius argumenti.

Ab hone-sto. tri suo præmium dati aduersus Aristonicum auxilij concesserant, gentémq. quam & proauo suo

* Callimachus. Mithridati Seleucus* Calnicus in dotem dedisset. Quid cum Paphlagonia se decedere iusserũt, non alterum illud genus belli fuisse? qua non vi, non armis, sed adoptione testamenti & regum domesticorũ interitu, hæreditaria patri suo obuenisset, cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo, non tamen eos mitigaret, quin acerbius se in dies gerant, non obtinuisse. Quod

confert sua in Ro. merita cum illorũ in se iniuriis. enim à se nõ præbitum illis obsequiũ? non Phrygiã, Paphlagoniámq; dimissas? non Cappadociæ filiũ eductũ, quã iure gẽtiũ victor occupauerat? Raptã tamẽ sibi esse victoriã eius ab illis, quorum nihil est nisi bello quæsitũ: non regẽ Bithyniæ Chrestõ, in quem senatus arma decreuerat, à se in gratiam illorum occisum, tamen nihilominus imputari sibi, si qua Gordius aut Tigranes faciat: libertatem etiam in contumeliam sui à senatu vltro delatam Cappadociæ, quàm reliquis gentibus abstulerunt: deinde populis Cappadocum pro libertate oblata, Gordium regẽ orantem. ideo, tanquam amicus suus esset, non obtinuisse. Nicomedem præcepto illorum bellum sibi intulisse, quia vltus ierit Mithridates, ab ipsis ventum obuiam, & nunc eam secum bellandi causam illis fore, quod non impunè se Ni-

Vocat in n comedi lacerandum saltat ici filio præbuerit. Quippe non delicta regnum illos, sed vires ad maie-

maiestatem insequi, neque in se vno, sed in aliis quoq; omnibus hac semper arte grassatos: Sic & auum suum Pharnacem per cognationum arbitria succedaneum regi Pergameno Eumeni datum: sic rursus Eumenẽ, cuius classibus primũ in Asiã fuere transuecti, cuius exercitu magis quã suo, & magnũ Antiochum, & Gallos in Asia, & mox in Macedonia regem Persen domuerant, & ipsum pro hoste habitum, eiq; interdictum Italia, & quod cũ ipso deforme sibi putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos maiora, quàm Masinissæ regis Numidarum haberi merita. Huic imputari victum Annibalẽ, huic captum Syphacem, huic Carthaginẽ deletã, huic inter duos illos Africanos tertium seruatorẽ vrbis referri, tamen cum huius nepote bellum modò in Africa gestũ adeò inexpiabile, vt ne victum quidem memoriæ patris donarent, quin carcerem ac triumphi spectaculum experiretur. Collatio suæ & Ro. originis. *Hanc illos omnibus regibus legem odiorum dixisse, scilicet quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Aboriginũ, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut seruos vernasq; Tuscorum, aut, quod honoratissimum nomen fuit inter has, Superbos, atque, vt ipsi ferunt, conditores suos, lupæ vuberibus alitos: sic omnem illum populum luporum animos habere, inexplebiles sanguinis atque imperij, diuitia-*

Romani ex lacte lupino etiam mores hauserunt.

rumq; auidos ac ieiunos. Si autem seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa, colluuie conuenarum esse, qui paternos maiores suos à Cyro, Darióq; conditoribus Persici regni, maternos à magno Alexandro, ac Nicanore Seleuco conditoribus imperij Macedonici referat: seu populis eorum conferat suos, earum se gentium esse, quæ non modò Romano imperio sint pares, sed Macedonico quoque obstiterint. Nullam subiectarum sibi gentium expertam peregrina imperia, nullis vnquam nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam velint, an Paphlagoniam recensere, rursus Pontum an Bithyniam, itémq; Armeniam maiorē minorémque: quarum gentium nullā neque Alexander ille qui totam pacauit Asiā, nec quisquã successorum eius, aut posterorum attigisset, Scythiam duos* vnquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos Darium & Philippum; ægrè inde fugam sibi expedisse, vnde ipse magnam partē aduersus Romanos virium haberet, multóque se timidiùs ac diffidentius bella Pontica ingressum, cū ipse rudis, ac tyro esset. Scythiæ præter arma, virtutémque animi, locorum quoque solitudines, vel frigoribus instructæ, per quæ denuntiaretur ingens militia labor ac periculum. Inter quas difficultates ne spes quidem præmij foret, ex hoste vago, nec tantùm pecuniæ, sed etiam sedis inopi. Nunc se diuersam belli conditionem ingredi.

A suorum virtute.

*omnino

A sua persona.

A loco

gredi. Nam neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud nec solo fertilius, nec vrbium multitudine amœnius, magnámq; temporis partem, non vt militiam sed vt festum diem acturos, bello dubium facili magis an vberi, si modò aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiæ Ioniæq; audierint, quas non expugnatum eant, sed possessum tãtúmque se expectet auida Asia, vt etiam vocibus vocet: adeò illis odium Romanorum incussit rapacitas Procõsulum exactio publicanorum calumniæ litium. Sequantur se modò fortiter, & colligãt, quid se duce possit efficere tãtus exercitus, quẽ sine cuiusquã militũ auxilio, suamet vnius opera viderit Cappadociã cæso rege cepisse, qui solus mortaliũ Põtum omnem Scythiámq. pacauit, quã nemo antè trãsire tutò, atq. adire potuerit. Namq. iustitiæ atq. liberalitatis suæ, ne ipsos milites, qui experiãtur, testes effugere: & illa indicia habere, quòd salus regum omnium nõ paterna solum, verumetiam externa regna hæreditatibus propter munificentiam acquisita possideat, Colchos, Paphlagoniam, Bosporum. Sic excitatis militibus, post annos vigintitres sumpti regni in Romana bella descendit. *Tunc in Aegypto mortuo rege Ptolemæo, & qui Cyrenis regnabat, Ptolemæo per legatos regnum, & vxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quòd sine certamine fraternum re-

Ab vtilitate seu præmiis.

Epiphonema.

Peroratio.

Bellum Mithridatis in Ro.

* Atque tunc.

Exemplum crudelitatis & impietatis Ptolemæus Phisco Cyrenatum rex.

gnũ recepisset, in quod subornari à matre Cleopatra, & fauore principum fratris filiũ cognouerat. Cæterũ infestis omnibus statim vbi Alexandriam ingressus est fautores pueri trucidari iussit. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & solennia religionum, in complexu matris interficit. Atque ita torum sororis, cæde filij eius cruentus ascẽdit. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocauerant, fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manabãt ipsámq. sororẽ, filia eius virgine per vim stuprata & in matrimonium adscita, repudiat. Quibus rebus territus populus, in diuersa labitur, patriámq. metu mortis, exul relinquit. Solus igitur in tãta vrbe cũ suis relictus Ptolemæus, cum regem se nõ hominum, sed vacuarum ædiũ videret, edicto peregrinos solicitat. Quibus cõfluentibus, obuius legatis Romanorum Scipioni Africano, & Spurio Mummio, & L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. Sed quàm cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & vultus deformis, & statura breuis, & sagina ventris non homini, sed beluæ similis. Quam fœditatem nimia subtilitas, & perlucida vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant.

R. legati ad Ptolemæum.

Ptolemæi turpis corporis habitus.

ro erant. Post discessum deinde legatorum, quorum Africanus dum aspicit urbem, spectaculo Alexandrinis fuit, Ptolemaus iā etiam populo peregrino inuisus, cum filio, quem ex sorore susceperat, & cum uxore matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur contractóq. mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde à Cyrenæis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factum studio sororis existimans, filium, quem ex ea susceperat, interficit, corpúsq. in membra diuisum, & in cista impositū, matri die natali eius, inter epulas afferri curat. Quæ res non reginæ tantum, verumetiā vniuersæ ciuitati acerba, & luctuosa fuit: tantúmq. mærorem festiuissimo conuiuio intulit, vt regio omnis repentino luctu incēderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt, & quid sperare de rege suo debeant, filij cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis, Cleopatra cum vrgeri se fraterno bello videret, auxilium à Demetrio petit Syriæ rege, per legatos eius: cuius ipsius varij & memorabiles casus fuere. Namque Demetrius, vt suprà dictū est, cum bellum Parthis intulisset, & multis cōgressionibus victor fuisset, repentè circumuentus insidiis, amisso exercitu capitur. Cui Ar-

Immanis in liberos crudelitas

Digressio de Demetrij cum Parthis bello.

saides Parthorum rex magno & regio animo missō in Bithyniam, non cultum tantùm regium præstitit, sed & filiam in matrimonium dedit, regnumq; Syriæ, quod per absentiam eius Trypho occupauerat, restituturū promittit. Post huius mortem desperato reditu non ferēs captiuitatem Demetrius, priuatim, etsi opulentam vitam pertæsus tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimāder amicus erat, qui post captiuitatē eius à Syria per Arabia deserta, ducibus pecunia comparatis, Parthico habitu Babyloniā peruenerat. Sed fugientē Phrahartes, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate per cōpendiosos tramites occupatum retrahit. Vt est deductus ad regē, Calimādro quidem non tantum venia, verū etiam præmiū fidei datum. Demetrium autē & grauiter castigatum ad coniugem in Hyrcaniā remittit & arctioribus* custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore, cùm fidē illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui deprehēditur, ac denuo perductos ad regem, vt inuisus à conspectu summonetur. Tunc quoque vxori & liberis donatus, in Hyrcaniā, pœnalem ciuitatē sibi donatā remittitur, talisq. aureis ad exprobrationē pueriles leuitatis donatur. Sed hanc tam Parthorū mitē in Demetriū clementiam nō misericordia gentis, nec respectu cogna

*Hyrcaniā

Clementiæ exemplum in barbaro homine.

*custodiis.

Phrahartis consilium.

cognationis faciebat, sed quòd Syriæ regnū affectabant, vsuri Demetrio aduersus Antiochū fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset. His auditis, Antiochus occupādū bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus, quàm militia fuit. Quippe * VIII. *millia armatorum secuta sunt trecenta lixarum: ex quibus coquorum, pistorū, seniorúmq; maior numerus fuit. Argēti certè aurique tantum, vt etiam gregarij milites caligas auro figerent, proculcaréntq; materiā, cuius amore populi ferro dimicāt. Culinarū quoque argentea instrumēta fuere, prorsus quasi ad epulas non ad bella pergerēt. Aduenīēti Antiocho multi Oriētales reges occurrere, tradētes se, regnáq; sua cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congreßioni fuit. Antiochus tribus prælijs victor Babyloniam cùm occupasset, magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eū deficiētibus populis nihil Parthis relictū præter patrios fines fuit. Tūc Phrahartes Demetriū in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad sua tuēda à Parthia reuocaretur. Interim quoniam viribus non poterat, insidijs Antiochum vbique tentabat. Propter multitudinem hominum omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat: quæ res exitij causa*

Antiochi Sedetis in Parthos bellum.

* Fortè, octingenta milia armatorum, CCC millia lixarū.

Luxus in Antiochi exercitu.

Antiochi successus.

causa fuit. Nam cùm grauari se copiarum præbitione & iniuriis militum, ciuitates viderent, ad Parthos deficiũt, & die statuta omnes apud se diuisum exercitũ per insidias, ne inuicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cùm nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cum ea manu, qua secum hyemabat, progreditur. In itinere obuium regem Parthorum habuit, aduersus quẽ fortius, quàm exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cùm virtute hostes vincerent, metu suorum desertus, occiditur, cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiámq. Demetrij, quam secum Antiochus adduxerat, captus amore virginis, vxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit: ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenerunt, frustráque omnia conati, ad regem suum reuersi sunt.

Antiochus Sedetes victus interficitur.

IVSTINI LIBER XXXIX.

Demetrius rursus Syriæ rex.



NTIOCHO, in Parthia cũ exercitu deleto frater eius Demetrius obsidione Parthorũ liberatus, ac restitutus in regnũ, cũ omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset, quasi

Parthi

Parthica ipsius ac fratris bella quibus alter captus, alter occisus erat, prosperè gessisset: ita Aegypto bellũ inferre statuit, regnũ Aegypti Cleopatra socru pretium auxilij aduersus fratrẽ suũ pollicente. Sed dũ, aliena affectat; vt assolet fieri, propria per defectionẽ Syriæ amisit. Siquidẽ Antiochenses primi, duce Tryphone, execrãtes superbiã regis, quæ conuersatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apamenij, cæteraq; ciuitates, exemplum sequutæ per absentiã regis à Demetrio defecere. Ptolemæus verò rex Aegypti, bello ab eodẽ petitus, cũ cognouisset Cleopatrã sororẽ suã opibus Aegypti nauibus impositis, ad filiam & Demetriũ generũ in Syriam profugisse, immittit iuuenẽ quendam Aegyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriæ armis peteret. Et composita fabula, quasi per adoptationem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset, nec Syriis quemlibet regem aspernãtibus, ne Demetrij paterentur superbiam, nomẽ iuueni Alexãder imponitur, auxiliáq. ab Aegypto ingẽtia mittũtur. Interea corpus Antiochi interfecti à rege Parthorũ in loculo argenteo in sepulturã in Syriam remissum peruenit: quod cum ingẽti studio ciuitatum & regis Alexandri, ad firmandam fabulæ fidẽ, excipitur. Quæ res illi magnũ fauorẽ popularium conciliauit, omnibus non fictas in eo, sed veras lacrymas existimãtib⁹. Demetrius autem

Noema.

Syriæ à Demetrio defectio.

Redit ad superiorẽ historiam de Ptolemæo Phiscone. Zebenna Protarchi filius, Alexander appellatus, Syriæ rex cõstituitur.

autem victus ab Alexandro, cùm vndique circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab vxore filiísq. deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religione tēpli se defēsurus petisset nauim, egrediēs præfecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus, quoniā sine matris autoritate diadema sumpsisset, ab eadē interficitur: Alter cui, propter nasi magnitudinem, cognomē Grypho fuit, rex à matre hactenus constituitur, vt nomen regis penes filium, ius autem omnis imperij penes matrē esset. Sed Alexander occupato Syriæ regno, tumens ex successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemæum à quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia cœpit. Itaque Ptolemæus reconciliata sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrij viribus suis acquisierat summis operibus instituit. Mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, & filiā Gryphinam Grypho nupturam, vt populos in auxilium nepotis, nō societate tantum belli, verumetiā affinitate sua solicitaret. Nec res frustra fuit. Nam cùm omnes Gryphū instructum Ægyptiis viribus viderent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos prælium, quo victus Alexander, Antiochiam profugit: ibi inops pecuniæ, cùm stipendia militibus deessent, in templo Iouis solidum ex auro victoriæ signum tolli iubet facetis iocis sacrilegium circū-

Demetrius interficitur

Exemplum muliebris ambitionis.

Alexandri insolentia & ingratitudo.

Alexander subornatus vincitur à Grypho.

scri

*scribens. Nã victoriam cõmodatam sibi à Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus, cũ ipsius Iouis aureum simulacrum infiniti ponderis tacitè euelli iussisset, deprehensúsque in sacrilegos concursu multitudinis in fugam esset versus, magna vi tempestatis oppressus ac desertus à suis, à latronibus capitur, perductúsq. ad Gryphum interficitur. Gryphus porrò recuperato patrio regno, externísq. periculis liberatus, insidiis matris appetitur. Quæ cum cupiditate dominationis prodito marito Demetrio, & altero filio interfecto, huius quoque victoria inferiorẽ dignitatẽ suam factam doleret, venienti ab exercitatione veneni poculũ obtulit. Sed Gryphus prædictis ante iam insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet: abnuenti instat. Postremum prolato indice eam arguit: solam defensionem sceleris superesse affirmans, si bibat, quod filio obtulit. Sic victa regina scelere in verso, veneno, quod alij parauerat, extinguitur. Parta igitur regni securitate, Gryphus octo annis quiete: & ipse habuit, & regno suo *præstitit. Natus deinde illi est æmulus regni, frater ipsius Cyricænus, eadem matre genitus, sed ex Antiocho paruo susceptus: quẽ cùm veneno tollere voluisset, vt maturius cum eodem armis de regno cõtenderet, excitauit. Inter has regni Syriæ parricidiales discordias, moritur rex Ægypti Ptolemæus, regno Aegypti vxori &*

Eiusdem interitus

Cleopatræ ambitio, & in liberos impietas.

Mater veneno, quod filio parauerat, extinguitur.

* præfuit.

Ptolemæi Phisconis mors.

ri & alteri filio, quē illa legisset, relicto, videlicet quasi quietior Aegypti status, quàm Syriæ regnum esset, cũ mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. Igitur cum pronior in minorem filium esset, à populo cõpellitur maiorem eligere: cui prius quàm regnũ daret, vxorem ademit, compulsúmque repudiare charissimam sibi sororem Cleopatram, minorē sororem Seleucem ducere iubet, non materno inter filias indicio, cùm alteri maritum eriperet, alteri daret.

Cleopatra Cyricœno nubit.

Cleopatra verò non tam à viro repudiata, quàm à matre diuortio viri dimissa, Cyricæno in Syria nubit, eíq; ne nudũ nomē vxoris afferret, exercitum Cypri sollicitatum, velut dotalē, ad maritum deducit. Par igitur viribus iam factus Cyricænus, prælium cõmittit, ac victus in fugam conuertitur, Antiochiámq; venit.

Cyricœnus à fratre Gryphovincitur.

Tunc Antiochiã Gryphus, in qua erat Cyricæni vxor Cleopatra, obsidere cœpit: qua capta Gryphina vxor Gryphi nihil antiquius quã sororē Cleopatrã requiri iussit, non vt captiuæ opē ferret, sed ne effugere captiuitatis mala posset, quæ sui æmulatione in hoc potissimũ regnũ inuaserit, hostíq; sororis nubendo hostē se eius effecerit. Tum peregrinos exercitus in certamina fratrũ adductos, tum repudiatam à fratre & contra matris voluntatem extra Aegyptum nuptam accusat. Contra Gryphus orare, ne tam fœdum facinus facere cogatur, à nullo vnquam maio-

rum suorũ inter tot domestica, tot externa bella post *victoriam in fœminas sæuitum, quas sexus ipse & periculis bellorum, & sæuitia victorum eximat: in hac verò præter cõmune bellãtium *nefas, accedere neceßitudinẽ sanguinis. Quippe ipsam, quæ tam cruentè sæuiat, sororem equidem germanam esse, suam verò consobrinam: liberorum deinde cõmunium materteram. His tot neceßitatibus sanguinis, adiicit superstitionẽ tẽpli, quò abdita profugerit, tantoq; religiosius colẽdos deos sibi, quò magis his ꝓpitiis ac fauentibus vicisset: tũ neque occisa illa se virium quicquam Cyricæno dempturum, nec seruatuꝛũ reddita. Sed quantò Gryphus abnuit, tanto soror muliebri pertinacia accẽditur, rata nõ misericordiæ hæc verba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus, mittit qui sororem confoderent. Qui vt in templum intrauerunt, cum euellere eam non possent, manus amplexãtes deæ simulacrum præciderũt. Tunc Cleopatra execratione parricidarum mãdata violatis numinibus, in vltionem sui decidit. Nec multò post repetita prælĩ cõgreßione, victor Cyricænus vxorẽ Gryphi Gryphinã, quæ paulò antè sororẽ interfecerat, capit, eiúsq; supplicio vxoris manibus parentauit. At in Aegypto Cleopatra cũ grauaretur socio regni, filio Ptolemeo, populum in eum incitat, abductáque ei Seleuce vxore, eò indignius quòd ex Seleuce iã duos fi-

* victum hostem.

* fas.

parricidia sororum inter se mutua.

lios habebat, exulare cogit. Accersito minori filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto, nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulantem persequitur, unde pulso, interfecit ducem exercitus sui, quod uiuum eũ è manibus * dimisisset: quanquam Ptolemæus uerecundia materni belli, non uiribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit, PERICULOSO REGNO SECURAM AC TUTAM VITAM ANTEPONENS. Cleopatra verò timẽs ne maior filius Ptolemæus ab Cyziceno ad recuperandum Aegyptũ auxiliis iuuaretur, ingentia Grypho auxilia, & Seleucẽ uxorem nupturam hosti prioris mariti mittit, Alexandrúmq; filium per legatos in regnũ reuocat. Cui cùm occultis insidiis exitiũ machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritúmque non fato, sed parricidio dedit. Digna prorsus hac mortis infamia, quæ etiam matrem toro expulit, & duas filias uiduas alterno fratrum matrimonio fecit: & filio alteri in exilium acto, bellum intulit: alteri erepto regno, exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexãdro cædes tã nefanda multa fuit. Nam ubi primùm compertum est, per scelus filij matrẽ interfectã, concursu populi in exilium agitur, reuocatóque Ptolemæo regnum redditur, qui neque cum matre bellũ gerere voluisset, nec à fratre armis repetere

* emisisset.

Cleopatræ dignus pro tot sceleribus exitus.

Impietas & crudelitas mutua punita.

Ptolemæus Lathyrus in regnum Syriæ restitutus.

petere, quod prior possedisset. Dum hæc aguntur, frater eius ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamēto reliquerat, herede populo Romano instituto, decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad Orientalia regna (non contenta Italiæ terminis) cœperat. Itaque et ea pars Lybiæ prouincia facta est: posteà Creta Ciliciáque piratico bello perdomita, in formā prouinciæ rediguntur. Quo facto, & Syriæ & Aegypti regna * vicinitate Romana arctata: & quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem suam conuerterunt: adeò, vt assiduis præliis consumpti in contemptum finitimorum venerint, prædaq; Arabum, gentis imbellis, antè fuerint. Quorum rex Hieronymus, fiducia sexcentorum filiorum, quos ex pellicibus susceperat, nunc Aegyptum, nunc Syriā infestabat, magnúmq; nomen Arabum viribus finitimorum exanguibus fecerat.

* cum vnitate.

Sexcēti filij Hieronimi regis.

IVSTINI LIBER XL.



MVTVIS fratrū odiis, & mox filiorum inimicitiis parētum succedentibus, cùm inexpiabili bello & reges, & regnum Syriæ cōsumptū

esset, ad externum populus auxilia concurrit, pere-
grinosq; sibi reges circumspicere cœpit. Itaq; cùm
pars Mithridatem Ponticũ, pars Ptolemæũ ab
Aegypto arcessendũ censeret, *occurreretq; quod
Mithridates implicitus bello Romano esset. Pto
lemæus quoq; hostis Syriæ semper fuisset, omnes
in Tigranem regem Armeniæ consenserunt, in-
structum præter domesticas vires, Parthica so-
cietate, & Mithridatis affinitate. Igitur accitus
in regnũ Syriæ, per XVIII. annos tranquillis-
simo regno potitus est neque bello alium lacesse-
re, neque lacessitus inferre alij bellũ necesse ha-
buit. Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita
terræmotu vastata est, quo centum septuaginta
hominũ millia, & multæ vrbes perierunt. Quod
prodigium mutationem rerum portendere aru-
spices responderũt. Igitur Tigrane à Lucullo vi-
cto, rex Syriæ Antiochus Cyziceni filius, ab
eodē Lucullo appellatur. Sed quod Lucullus de-
derat, posteà ademit Pompeius, qui poscenti re-
gnum respondit, ne volenti quidem Syriæ, nedũ
recusanti daturum se regē, qui XVIII annis,
quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Sici-
liæ latuerit: victo autem eodem Tigrane à Ro-
manis, alieni operis præmia postulet. Igitur vt
habēti regnũ nõ ademerit, ita quod cesserit Ti-
grani, nõ daturum, quod tueri nesciat ne rursus
Syriã Iudæorũ & Arabum latrociniis infestam
reddat. Atque ita Syriam in prouinciæ formam
redegit,

*accideretque.

Terræmotus in Syria maximus.

An. ab vr. DCCXCIX Cõsulibus Tullio Cicerone, & C. Ant. Oro-

redegit, paulatimque Oriens Romanorum, discordia consanguineorum regum factus est.

IVSTINI LIBER XLI.

Parthi, penes quos, velut diuisione orbis cum Romanis facta, nũc Orientis imperium est, Scytharum exules fuerũt. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: Nam Scythico sermone Parthi exules dicuntur. Hi & Aßyriorum & Medorum temporibus inter Orientales populos obscurißimi fuere. Postea quoq; cum imperium Orientis à Medis ad Persas translatũ est, velati vulgus sine nomine, præda victorum fuere. Postremo Macedonibus triumphato Oriente seruierunt, vt cuiuis mirum videatur, ad tantam eos felicitatem per virtutem prouectos, vt imperent gentibus, sub quarũ imperio, veluti seruile vulgus, fuere. A Romanis quoque trinis bellis per maximos duces florentißimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus gentibus non solùm pares, verumetiam victores fuere. Quanquam plus gloriæ sit inter Aßyria & Medica, Persicáq; memorata olim regna, & opulentißimum illud mille vrbium Bactrianum imperium emergere

Parthorũ origo.

Parthi exules.

Parthorũ obscura & seruilis cõditio.

Successus eorũdem.

potiuisse, quàm longinqua bella vicisse. Præterea cùm grauibus Scythicis, & vicinalibus bellis assiduis vexati, variisque periculorum certaminibus vrgerentur, ij domesticis seditionibus Scythia pulsi solitudines inter Hyrcaniam, & Dacas, & Areos, & Spartanos, & Marianos furtim occupauere fines. Deinde nō intercedētib⁹ primò finitimis, postea etiam prohibentibus, in tantum protulere, vt non immensa tantum planitiem, ac profunda camporum, verumetiam prærupta collium, montiúmque ardua occupauerint. Ex quo fit, vt

Parthiæ situs.

Parthia pleraque finium, aut æstus, aut frigoris magnitudo possideat, quippe cùm mōtes nix, & campos æstus infestet. Administratio gentis post defectionem Macedonici imperij, sub regibus fuit. Proximus maiestati regum, populorū ordo

Parthorū sermo, vestitus & mores.

est: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habētur. Sermo his inter Scythicum Medumq; medius, et vtroque mixtus: vestis olim sui moris: posteaquàm accessere opes vt Medis perlucida, ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos.

Parthorū exercitus ex seruis constat.

Exercitum non vt aliæ gentes liberorum, sed maiorem partem seruorum habēt. Quorum vulgus, nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus, in dies crescit. Hos pari cura ac liberos suos habēt, & equitare & sagittare magna industria docent. Locupletissimus vt quisq; est, ita plures in bello equites regi suo præbet. Deniq; Antonio bellū Parthis

this inferenti, cùm L. millia equitum occurrerent, soli * CCCCL. liberi fuere. Cominus in acie praeliari nesciunt, obsessasq; expugnare vrbes. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus: saepe etiam fugam simulant, vt incautiores aduersus vulnera insequentes habeant. Signum his in praelio non tuba sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Caeterùm intolerandi forent, si quātus his impetus est, vis tanta & perseuerantia esset. Plerunque in ipso ardore certaminis praelia deserūt, ac paulò post pugnam ex fuga repetunt, & cùm maximè vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis equisque lorica plumata sunt, quae vtrumque toto corpore tegunt. Aurò argentóque nullus nisi in armis vsus. Vxores dulcedine variae libidinis singuli plures habent: nec vlla delicta adulteriis grauius vindicant. Quam ob rem foeminis non conuiuia tātum vulgo, verumetiam conspectum interdicunt. Carne non, nisi venatibus quaesita ve[illegible]r. Equis omne tempore vectantur: illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc denique discrimen inter seruos, liberósque esse, quòd serui pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura vulgò aut auium, aut canum laniatus est. Nuda demum ossa terra obruuntur. In superstitionibus ad

* DCCC.

Pugnandi ratio.

Adulteria seuerè Parthi puniunt.

Parthorū sepultura.

curam deorum præcipua omnibus veneratio est.

Superstitio in deorum cura. Ingenia.

Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia. Quippe violentiam viris: mãsuetudinem mulieribus assignant: semper aut in externos, aut in domesticos motus inquieti, natura taciti ad faciendum, quàm ad dicendũ promptiores. Proinde secunda, aduersaq; silentio tegunt. Principibus metu, non pudore parẽt: In libidinem proiecti, in cibũ parci: fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri Magni cùm inter successores eius Orientis regna diuiderẽtur, nullo Macedonum dignãte Parthorum imperium, Statagenori externo socio traditur. Hi posteà deducti Macedonibus, in bellum ciuile cum cæteris superioris Asiæ populis, Eumenẽ sequuti sunt, quo victo, ad Antigonum transiere. Post hunc à Nicanore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi: à cuius pronepote Seleuco primùm defecere, Primo Punico bello L. M[illegible] [illegible] Attilio Regulo Consulibus, huius defectionis impunitatem illis duorum fratrum regũ, Seleuci et Antiochi discordia dedit: qui dum sibi inuicem eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt. Eodẽ tẽpore etiã Theodotus mille vrbium Bactrianorũ præfectus, defecit, regemq; se appellari iussit: quod exemplum sequuti totius Oriẽtis populi à Macedonibus defecere. Erat eo tẽpore Arsaces vir, sicuti incertæ origi-

A regibus Macedonicis defectio.

Theodotus mille vrbium Bactrianorũ præfectus.

originis, ita virtutis experta. Hic solitus latrocinijs, & rapto viuere, accepta opinione Seleucum à Gallis in Asia victum solutus regis metu, cũ prędonum manu Parthos ingressus, prefectum eorũ Andragoram oppressit, sublatóque eo, imperium gentis inuasit. Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoque regnum occupauit, atque ita duarum ciuitatum imperio præditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis. Sed citò morte Theodoti, metu liberatus, cũ filio eius, & ipso Theodoto fœdus ac pacem fecit: nec multò post cum Seleuco rege ad defectores persequendos veniente, cõgressus, victor fuit, quem diem Parthi exinde solennẽ, velut initiũ libertatis, obseruant, Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam dato laxamẽto, regnũ Parthicum format, militẽ legit, castella munit, ciuitates firmat, vrbem quoque nomine * Claram, in monte Thaborrheno cõdit. Cuius loci ea cõditio est, vt neque munitius quicquam esse, neque amœnius poßit: Ita enim & præruptis rupibus vndique cingitur, vt tutela loci nullis defensoribus egeat, & soli circũmiacentis tãta vbertas est, vt proprijs opibus expleatur. Iam fontium ac syluarum ea copia est, vt & aquarum abundantia irrigetur, & venationum voluptatibus exornetur. Sic Arsaces quęsito simul, constitutóque regno, nõ minus memorabilis Parthis,

Arsaces Parthicum regnum format.

* Daram

Elegans topographia.

quàm Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decedit. Cuius memoria hunc honorẽ Parthi tribuerũt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nũcupent. Huius filius & successor regni, Arsaces & ipse nomine, aduersus Antiochũ Seleucí filium, C. millibus peditum, & XX. millibus equitum instructus, mira uirtute pugnauit: ad postremũ in societatẽ eius assumptus est. Tertius Parthis rex Pãpacius fuit, sed & ipse Arsaces dictus: nam (sicut supra dictum est) omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Cæsares, Augustósque, cognominauerunt. His actis in regno XII. annis decessit, relictis duobus filiis, Mithridate & Pharnace: quorũ maior Pharnaces, more gentis, hæres regni, Mardos validã gentẽ bello domuit, nec multò post decessit, multis filiis relictis, quibus præteritis, fratri potissimùm Mithridati, insignis uirtutis uiro, reliquit imperium, plus regno quã patrio deberi nomini ratus, potiusq; patriæ, quàm liberis consulendum. Eodem fermè tempore, sicuti in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque uiri regna ineunt. Sed Parthorũ fortuna felicior, ad summum hoc duce imperij fastigium eos perduxit. Bactriani autẽ per varia bella iactati, non regnum tantum, uerum etiam libertatem amiserunt: siquidem Sogdianorum & * Dranganitanorum, Indorúmque bellis

Arsaces, reges Parthorum.

Pietas in patriam.

* Draganorum.

fatiga

*fatigati, ad postremum ab inualidioribus Parthis, velut exangues, oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella, magna virtute gessit, quibus attritus, cùm obsidionem Demetrij regis Indorum pateretur, cum CCC. *millibus LX. millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit. Vnde cum reciperet, à filio quē socium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem, interfecisset, & per sanguinē eius currum egit & corpus abijci insepultū iussit. Dum hæc apud Bactros gerūtur, interim inter Parthos & Medos bellum oritur; cùm varius vtriusque populi casus fuisset, ad postremum victoria penes Parthos fuit. His viribus auctus Mithridates, Mediæ Bachasū in regno præponit, ipse in Hyrcaniam proficiscitur. Vnde reuersus, bellum cum Elymæorum rege gessit: quo victo hanc quoque gentem regno adiecit, imperiúmque Parthorum à monte Caucaso, multis populis in ditionem redactis, vsque ad flumen Euphratem protulit.*

Atque ita aduersa valetudine arreptus, non minor Arsace proauo gloriosa senectute decessit.

*millibus

Nulla fides regni sociis omnisque potestas Impatiens cōsortis erit Lucanus.

Magnæ crudelitatis exemplum.

Pater à filio trucidatus.

IVSTINI LIBER XLII.

Post necem Mithridatis, Parthorum regis, Phrahartes filium eius rex constituitur: qui cùm inferre bellum in ultionem tentati ab Antiocho Parthici regni Syriæ statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda reuocatur. Namque Scythæ in auxilium Parthorum aduersus Antiochum, Syriæ regem, mercede sollicitati, cùm confecto bello iam superuenissent, & calumnia tardius lati auxilij mercede fraudarentur, dolentes tantum iter itineris frustrà mensum, cùm vel stipendium pro vexatione, vel alium hostē dari sibi poscerent, superbo responso offensi fines Parthorum vastare cœperunt. Igitur Phrahartes cùm aduersus Scythas proficisceretur, ad tutelā regni reliquit, Hymerū quēdā, pueritia sibi flore cōciliatū, qui tyrānica crudelitate, oblitus & vitæ præteritæ, & vicarij officij, Babylonios, multásque alias ciuitates importunè vexauit. Ipse autem Phrahartes exercitū Græcorū, quem bello Antiochi captū crudeliter superbéq; tractauerat in bellū secum ducit: immemor prorsus, quod hostiles eorū animos nec captiuitas minuerat, & insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat.

Phrahartis, Parthorum regis cū Scythis bellum.

itaque animis inclinatum Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulerunt, & diu cupitam captiuitatis ultionem exercitus Parthici, & ipsius Phrahartis regis cruenta cæde exequuti sunt. In huius locum Artabanus, patruus eius, rex substituitur. Scythæ autem contenti victoria, populata Parthia, in patriam reuertuntur. Sed Artabanus bello Colchatanis illato, in brachio vulneratus, statim decedit. Huic Mithridates filius succedit, cui res gestæ Magnum cognomē dedere. Quippe claritatem parentum, æmulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergreditur. Multa igitur bella cum finitimis magna virtute gessit, multósque populos Parthico regno addidit. Sed & cùm Scythis prospere aliquoties dimicauit, ultórque iniuriæ parentum fuit, ad postremum Artoadisti, Armeniorum regi, bellum intulit. Sed quoniam ad Armeniam transitum facimus, origo eius paulò altius repetenda est. Neque enim silentio præteriri tantum regnum fas est, cùm fines eius post Parthicum omnium regnorum magnitudinem superent. Siquidem Armenia à Cappadocia usque undecies centena millia ad mare Caspium patet, sed in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur. Condita est autem ab Armenio Iasonis Thessali comite: quem cùm perditum propter insignem, periculosamque regno suo virtutem Pelias rex cuperet, denun-

Græcorum exercitus deficit à Phraharte.

* Artuasdem Plutar. appellat.

Armenij regni & gétis descriptio.

Armenius Iasónis comes.

ciata

Vellus aureum. ciata militia, in Colchorũ abire iubet, pellemque arietis memorabilem gentibus reportare: sperans interitũ viri, aut ex periculo tam longæ nauigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. Igitur Iason diuulgata opinione tam gloriosæ expeditionis, cum ad eum certatim principes iuuentutis totius fermè orbis concurrerent, exercitum fortissimorum virorum, qui Argonautæ cognominati sunt, comparauit. Quem cum magnis rebus gestis, incolumẽ reduxisset, rursus à Peliæ filiis Thessalia pulsus, magna vi, cum ingenti multitudine, quæ ad famã virtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat, comite Medea uxore, quam repudiatã, miseratione exilij, rursum receperat, & Medeo priuigno ab Aegeo rege Atheniensium genito, Colchos repetiit, socerumque etiam, regno pulsum, restituit. Magna deinde bella cum finitimis gessit, captásque ciuitates partim regno soceri, ad abolendam superioris militiæ iniuriam, & filiam eius Medeam abduxerat, & filium Aegialeum interfecerat, adiunxit: partim populis quos secum adduxerat, assignauit, Primusque humanorum post Herculem & Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur, eam cæli plagam domuisse dicitur. Populis quibusdam Phrygium & Amphistratum aurigas Castoris & Pollucis duces assignauit: cum Albanis fœdus percussit, qui Herculem ex Italia ab Albano monte

Historia Iasonis & Medeæ.

Argonautæ.

Albani in oriente ex Italia oriundi.

cum Geryone extincto, armenta eius per Italiā duceret, secuti dicūtur, quique memores Italicæ originis exercitum Cn. Pompeij bello Mithridatico fratres salutauere. Itaque Iasoni totus fermè Oriens, vt conditori, diuinos honores, templáque constituit, quæ Parmeniō, dux Alexandri Magni, post multos annos dirui iußit, ne cuiusquam nomen in Oriente venerabilius quàm Alexandri esset. Post mortē Iasonis, Medus æmulus virtutis eius, in honorē matris Medeæ, Medeam vrbē condidit, regnúmq; ex nomine suo Medorū constituit, sub cuius maiestate* Orientis posteà imperiū fuit. Albanis vicinæ Amazones sunt, quarum reginā Thalestrē concubitum Alexandri petiisse, multi autores prodidere. Armenius quoque & ipse Thessalus, vnus de numero ducum Iasonis, recollecta multitudine: quæ amisso Iasone rege paßim vagabatur, Armeniā condit, à cuius montibus Tigris flumen modicis primò incremētis nascitur: interiecto deinde aliquanto spacio, sub terras mergitur, atque ita post XXXV. millia paßuum grādis iam flumen in regione Sophene emergit, ac sic in paludes Euphratis recipitur. Igitur Mithridates rex Parthorum, post bellū Armeniæ propter crudelitatē à senatu Parthico regno pellitur. Frater eius* Herodes, cùm regnū vacās occupasset, Babiloniam, quo Mithridates confugerat, diu obsidet, & fame coactos in deditionem

Medi vnde dicti.

*omne postea.

Loco nomen est E-longēfine.

Tigris à celeritate incipit vocari ita enim Medi sagittam appellant.

Pli. lib. 6.

* Hyrodes à Plut. appellatur.

nem oppidanos compellit. Mithridates autẽ fiducia cognationis vltro se in potestatem Herodis tradit. Sed Herodes plus hostem, quàm fratrẽ cogitans, in cõspectu suo trucidari eũ iussit.

Parthorũ cum Rom. bellum.

Et post hæc bella cũ Romanis gessit, Crassúmque imperatorẽ cum filio, & omni exercitu Romano deleuit. Huius filius Pacorus missus ad persequẽdas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam patri suspectus reuocatur: quo absente, exercitus Parthorũ relictus in Syria, à Cassio Quæstori Crassi cũ omnibus ducibus trucidatur. His itaq; gestis, nõ magno post tempore Romanis inter Cæsarem Pompeiúmq. ciuile bellũ oritur, in quo Parthi Pompeianarũ partium fuere, & propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, & propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsaris esse audierãt, quem vltorem patris, victore Cæsare futurum non dubitabant. Itaque victis partibus Pompeianis, & Cassio & Bruto auxilia aduersus Augustum & Antonium misere: & post belli finem rursum Pacoro duce cum Labieno inita societate, Syriam & Asiam vastare castráq; Ventidij, qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediũtur, sed ille simulato timore diu se cõtinuit, & insultare Parthos aliquãdiu passus est. Ad postremum in securos lætósque partẽ legionum emisit, quarum impetu

Parthorũ cum Ventidio pugna.

Parthi à Ventidio victi.

fusi

fusi Parthi in diversa abiere. Pacorus autē cum fugientes suos abduxisse secū legiones Romanas putaret, castra Ventidij, veluti sine defensorib⁹, aggreditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissa, universam Parthorum manum, cum rege ipso Pacoro, interficit: nec ullo bello Parthi unquam maius vulnus acceperunt. Hæc cùm nunciata in Parthia essent, Herodes pater Pacori, qui paulò antè vastatam Syriam occupatam Asiam à Parthis audierat, victoremq. Pacorum Romanorum gloriabatur, repēte filij morte, & exercitus clade audita, ex dolore ad furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, non vocem mittere, ita ut mutus factus videretur. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quā Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur: cū illo loqui, cū illo consistere: interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post longū deinde luctum, alia sollicitudo miserum senem invadit, quem ex numero xxx filiorum in locum Pacori regem constituat. Multæ pellices, ex quibus generata tanta iuventus erat, pro suis quæque sollicitæ, animum senis obsidebant. Sed fatū Parthiæ fecit, in qua iam quasi solēne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, & ipse Phrahartes nomine, Rex statueretur. Itaque statim, quasi nollet mori naturaliter, patrem interficit, fratres

Pacorus, Parthorū rex, victus interficitur à Ventidio

Plut. paulo aliter refert.

Herodis Pacori patris furor & insania.

Phrahartis immania parricidia.

quoque XXX. trucidat: sed nec filiis cessant parricidia. Nā cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret, nec esset qui * nominatum rex posset creari, adultum filiū interfici iubet. Huic Antonius, propter auxilium, aduersus se, & Caesarem latum, bellum cum sedecim validissimis legionibus intulit: sed grauiter multis praeliis vexatus, à Parthia refugit, qua victoria insolētior Phrahartes redditus, cùm multa crudeliter consuleret, in exilium à populo suo pellitur. Itaque cum magno tempore finitimas ciuitates, & ad postremū Scythas precibus fatigasset, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente, regem Parthi Tyridatē quendam constituerant: qui audito Scytharum aduentu, magna amicorum manu ad Caesarē, in Hispaniam bellum tum temporis gerentem, profugit, obsidem Caesari minimum filiū Phrahartis ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. Quo cognito, Phrahartes legatos statim ad Caesarem mittit seruum suum Tyridatem, & filium remitti sibi postulat. Caesar & legatione Phrahartis audita, & Tyridatis postulatis cognitis (nā & ipse restitui in regnū desiderabat, iuris Romanorum futurā Parthiam affirmās si eius regnum muneris eorum fuisset) neque Tyridatem deditum se Parthis dixit, neque aduersus Parthos Tyridati auxilia daturum. Ne tamen à Caesare nihil per omnia obtentum videretur,

* nominari rex posset.

Antonius à Parthis vincitur.

Phrahartes eur regno pellitur.

Phrahartis ad Caesarē legatio.

deretur, Phrahartis filium, sine pretio remisit, & Tyridati, quoad manere apud Romanos vellet, opulentum sumptum praberi iussit. Post hac finito Hispano bello, cum in Syriam ad componendum Orientis statum peruenisset, metum Phrahartis iniunxit, ne bellum Parthia vellet inferre. Itaque tota Parthia captiui ex Cassiano, siue Antonij exercitu recollecti, signaq; cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij nepotésque Phrahartis obsides Augusto dati: plúsque Casar magnitudine nominis sui fecit, quàm armis alius imperator facere potuisset.

Signa & captiui R. Augusto missi.

Epiphonema.

IVSTINI LIBER XLIII.

PARTHICIS, Orientalibúsq; ac totius propemodum orbis rebus expeditis, ad initia Romana vrbis Trogus, velut post longam peregrinationem domum reuertitur: ingrati ciuis officium existimans, si cùm omnium gentium res gestas illustrauerit, de sola tantùm patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperij perstringit, vt nec modum propositi operis excedat, nec vtique originem vrbis, qua est caput totius orbis, silentio pratermittat. Italia cultores primi Aborigines fuere: quorum

Vrbis Roma origo & initia.

Antiquus Italia status.

rex Saturnus tanta iustitia fuisse dicitur, ut neque seruierit sub illi quisquã, neq; quicquã priuata rei habuerit: sed omnia cõmunia & indiuisa omnibus fuerint, veluti unum cũctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriã cautũ est, ut Saturnalibus exequato omnium iure, passim in conuiuiis serui cum dominis recumbant. Itaque Italia regis nomine, Saturnia appellata est: & mons, quem inhabitabat, Saturnius in quo nũc veluti à Ioue, pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse Faunũ ferunt, sub quo Euãder ab Arcadiæ urbe Pallãteo, in Italiã cum mediocri turba popularium venit, cui Faunus & agros & montem, quem ille postea palatinum appellauit, benignè aßignauit. In huius radicibus templum Lycao, quem Græci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum dei simulacrũ nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ aßiduè diuino spiritu impleta, velut per furorẽ futura præmonebat. Vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone, armenta victoria præmia per Italiam ducebat stupro conceptus Latinus, procreatur. Quo tenente regnum Æneas ab Ilio, Troia à Græcis expugnata, in Italiam venit: statimque prælio exceptus, cùm in aciem exercitum

Ideo ærarium Romæ volunt esse in templo Saturni.

Faunus in Arcadia templa Lycæus habet Ouid fast. 2.

Fatua, Fauni vxor.

Fatuari qui dicebantur.

Æneæ in Italiam aduentus.

citum eduxisset, & ad colloquium vocatus, tantam admirationem sui Latino praebuit, ut in societatē regni reciperetur: & Lauinia in matrimonium data, ei gener asciseretur. Post hac commune utriusque bellum aduersus Turnum Rutulorum regem, propter fraudatas Lauiniae nuptias fuit, in quo & Turnus & Latinus interierunt. Igitur cùm Aeneas iure victoria vtroque populo potiretur, vrbem [illegible] nomine vxoris Lauiniae condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium, regem Hetruscorum, gessit: in quo cùm ipse occidisset, in locū eius Ascanius filius successit: qui Lauinio relicto, longam Albam condidit, quae trecentis annis caput regni fuit. Post multos deinde vrbis huius reges, ad postremum Numitor & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cùm aetate potiorem Numitorem oppressisset, filiam eius Rheā in perpetuam virginitatem, ne quis vindex regni sexus virilis ex genere Numitoris oriretur, * demersit, addita iniuria specie honoris, ut non dānata, sed sacerdos electa videretur. Igitur clausa in luco Martis sacro, duos pueros, incertū stupro, an ex Marte conceptos, enixa est. Quo cognito, Amulius multiplicato metu prouentu duorum, pueros exponi iubet, & puellam vinculis onerat, ex quorum iniuria decessit. Sed fortuna origini Romanae prospiciens, pueros lupae alendos obtulit, quae amissis catulis, distenta vbera exi-

Bellum Aeneae cum Turno.

Lauinium.

Alba longa trecentis annis regni caput.

*demisit.

Lucus martis.

nanire cupiens, nutricem se infantibus præbuit, cùm sæpius ad paruulos, veluti ad catulos, reuerteretur, rem Faustulus pastor animaduertit, subtractósque feræ inter greges pecorum agresti vita nutriuit. Martios pueros fuisse siue quòd in luco Martis enixi sunt, siue quòd à lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, velut manifestum argumẽtum creditum est. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuère. Adulti inter pastores de virtute quotidiana certamina & vires & pernicitatem auxere. Igitur cùm latrones à rapina pecorum industriè frequentérque summouerent, Remus ab iisdem latronibus captus, & veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offertur: criminis datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc à rege in vltionem Numitori traditur. Sed Numitor adolescentia iuuenis permotus, & in suspicionem expositi nepotis adductus, cùm eum nunc lineamentorum filia similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruos, anxium teneret, repentè Faustulus cum Romulo superuenit, à quo origine cognita puerorum, facta conspiratione, & adolescentes in vltionem maternæ necis, & Numitor in vindictam erepti regni armantur. Occiso Amulio, regnum Numitori restituitur, & ibi vrbs Romana ab adolescentibus cõditur. Tunc & senatus centum seniorum, qui patres dicti sunt, constituitur: tunc & vicinis connubia

Quia deus, autor culpæ honestior erat. Li.

Romulus & Remus.

Remus capitur.

Romam quis extruxerit, variè scribũt autores. Vide Solinum.

peto

pastorum dedignantibus, virgines Sabinæ rapiuntur, finitimisq. populis armis subiectis, primum Italiæ, mox orbis imperium quæsitum. Per ea adhuc tẽpora reges HASTAS PRO DIADEMATE HABEBANT, *quas Græci σκῆπτρα dixere. Nã & ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam, adhuc deorum simulachris hastæ adduntur. Temporibus Tarquinij regis, ex Asia Phocensiũ iuuentus, ostio Tyberis inuecta, amicitiam cum Romanis iunxit: inde in vltimos Galliæ sinus nauibus profecta, Massiliam inter Ligures, & feras gentes Gallorum condidit, magnásque res, siue dum armis se aduersus Gallicam feritatem tuentur, siue dum vltrò lacessunt, à quibus fuerant antè lacessiti, gesserunt. Namque Phocenses ex ignauitate ac macie terræ coacti, studiosius mare quàm terras exercuerant, piscando, mercando: plerũq. etiam latrocinio maris (quod illis temporibus gloriæ habebatur) vitam tolerabant. Itaque in vltimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Gallicum ostio Rhodani amnis deuenere. Cuius loci amœnitate capti, reuersi domum, referentes, quæ viderant, plures sollicitauere. Duces classi Furius & Peranus fuere. Itaque ad regem Segoregiorum, Senanum nomine, in cuius finibus vrbem condere gestiebant, amicitiam petentes conueniunt. Fortè eo die rex oc-*

Sceptrum.

Massiliensium origo quorum etiam meminit Thucid. in procemio.

Furius & Peranus Phocensiũ duces.

cupatus in apparatu nuptiarum Gyptis filiæ erat: quam more gẽtis electo inter epulas genero nuptum tradere illi parabat. Itaq. cùm ad nuptias inuitati omnes * *processissent, rogantur & Græci hospites ad conuiuium. Introducta deinde virgo, cùm iuberetur à patre aquam porrigere ei, quem virum eligeret, tunc omissis omnibus, ad Græcos conuersa, aquam Perano porrigit: qui factus ex hospite gener, locum cõdendæ vrbis à socero accepit. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. Sed Ligures incrementis vrbis inuidentes, Græcos assiduis bellis fatigabant. Qui pericula propulsando in tantum enituerunt, vt victis hostibus in* * *Captiuis agris multas colonias constituerint. Ab his igitur Galli & vsum vitæ cultioris, deposita & mansuefacta barbaria, & agrorum cultus, & vrbes mœnibus cingere didicerunt. Tunc & legibus, non armis viuere: tunc & vitem putare, tunc oliuam serere consueuerunt: Adeóq. magnus & hominibus & rebus impositus est nitor, vt non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam translata videretur. Mortuo rege Senano, Segoregiorum, à quo locus acceptus condendæ vrbis fuerat, cùm regno filius eius successisset Commanus, affirmante regulo quodam quãdoque Massiliam exitio finitimis populis futuram, opprimendámque in ipso ortu,*

*proci essent.

In speratæ nuptiæ.

*captiuis

Galli ciuilẽ & mansuetiorem viuendi rationem à Græcis edocti.

ne

*ne mox validior ipsum obrueret, subnectit & illam fabulam, Canem aliquando partu grauidam locum à pastore precariò petiisse: in quo pareret: quo obtento, iteratò petisse, vt sibi educare in eodem loco catulos liceret: ad postremum adultis catulis fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vendicasse. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoq; dominos regionem futuros. His incitatus rex insidias Massiliensibus extruit. Ita solemni Floraliorum die, multos fortes ac strenuos viros hospitij iure misit in urbem, plures *scirpis latẽtes, frondibúsque supertectos induci vehiculis iubet, & ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit, vt cum nocte à prædictis apertæ portæ forent, tempestiuè ad insidias adessent, vrbémq. somno ac vino sepultam armati inuaderent. Sed has insidias mulier quædam regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adolescẽte solita, in amplexu iuuenis miserata formã eius, insidias aperit, periculúmque declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus defert, atque ita patefactis insidiis, Ligures comprehẽduntur, latentésque de scirpis protrahuntur. Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiæ tenduntur. Cæsa sunt, cum ipso rege, hostium septem millia. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas ha-*

Fabula elegans.

Quandoq. pro aliquando.

*scirpeis

Cõmani in Massilienses insidiæ.

Inde etiam est, quòd cum telo nemini licuit intrare vrbem Val. Max. lib. 2.

bere, ac veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire: adeò illis bene instituta non temporum necessitate, sed rectè faciendi cõsuetudine seruantur. Post hæc illis magna cum Liguribus, magna cum Gallis fuere bella: quæ res & urbis gloriam auxit, & virtutem Græcorum, multiplicata victoria, celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoque exercitus, cùm bellum captis piscatorum nauibus ortum esset, sæpe fuderunt, pacémque victis dederunt: cum Hispanis amicitiam iunxerunt, cùm Romanis propè ab initio conditæ urbis fœdus summa fide custodierunt, auxiliísq. in omnibus bellis industriè socios iuuerunt: quæ res illis & virium fiduciam auxit, & pacem ab hostibus præstitit. Cùm igitur Maßilia fama rerum gestarum, & abundantia opum: & virium gloria virente floreret, repentè finitimi populi ad nomen Maßiliensium delendum, veluti ad cõmune extinguendum incendium, concurrunt. Dux cõsensu omniũ Caramandus regulus eligitur, qui cum magno exercitu lectißimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie toruæ mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, ultro pacem cum Maßiliensibus fecit: petitóque ut intrare urbem, & eos eorum adorare liceret, cum in arcem Mineruæ venißet, cõspecto in porticibus simulachro deæ, quam per quietem viderat, repentè exclamat, illam esse,

Epiphonema.

Maßiliensium cum Rom. fœdus & amicitia.

quæ

quæ se nocte exterruisset, illam, quæ recedere ab obsidione iussisset. Gratulatúsque Massiliensibus, quod animaduerteret eos ad curam deorum immortalium pertinere, torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus iunxit. Parta pace, & securitate fundata, reuertētes à Delphis Massiliensium legati, quò missi munera Apollini tulerāt, audiuerant vrbem Romanam à Gallis captam incensámque. Quam rem nuntiatam domi publico funere Massilienses prosecuti sunt: aurúmq. & argentum publicum & priuatum contulerunt, ad explendum pondus Gallis, à quibus redemptam pacem cognouerant. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in senatu datus, & fœdus æquo iure percussum. In postremo libro, Trogus maiores suos à Volscis originem ducere, auum suum Trogum Pompeium Sertoriano bello ciuitatem Cn. Pompeio *pepercisse dicit: patruum Mithridatico bello turmas equitum sub eodem Pompeio duxisse, patrem quoque sub Caio Cæsare militasse, epistolarúm.que & legationum, simul & annuli curam habuisse.

Eorundem ergo Rom. studium

Pompeij Trogi genus & maiores.

Annuli cura quæ hodie penes Cancellarios vt vulgo appellamus est.

IVSTI

IVSTINI LIBER XLIIII.



Græci, Pl.

Hispaniæ origo, & situs.

Laus & fertilitas.

*supperat.

De sparto Pl. li. 29 c. 2. Galli li. 17 cap. 2.

Quacumque ambitur mari. Pli. li. vlt.

HISPANIA sicuti Europæ terminos claudit, ita & huius operis finis futura est. Hanc veteres ab Ibero amne primum Iberiã, postea ab Hispalo Hispaniam cognominauerũt. Hæc inter Africam & Galliam posita, Oceani freto, & Pyrenæis montibus clauditur. Sicut minor vtraq; terra, ita vtraque fertilior. Nãneque, vt Africa, violento sole torretur: neq;, vt Gallia, assiduis ventis fatigatur, sed media inter vtrãque, hinc tẽperato calore, inde felicibus & tẽpestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est, adeò vt non ipsis tantùm incolis, verumetiam Italis, vrbiq; Romanæ cunctarum rerum abundantiam* sufficiat. Hinc enim nõ frumẽti tãtum copia magna est, verumetiam vini, mellis, oleiq;: nec ferri solũ materia præcipua est, sed & equorum pernicies greges: nec summa tãtum terræ laudanda bona verum & abstrusorũ metallorum felices diuitiæ. Iam lini, spartique vis ingens, minij certè nulla feracior terra. In hac cursus amnium, non torrentes, rapidique vt noceant, sed lenes, & vineis campisque irrigui æstuariisque Oceani affatim piscosi. Pleriq; etiam diuites auro, quod in paludibus vehunt. * Vni

tant

tantùm Pyrenæi montis dorso adhæret Galliæ, reliquis partibus undiq; in orbē mari cingitur. Forma terræ propè quadrata, nisi quòd arctantibus freti litoribus in Pyrenæum cogit. Porrò Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuū efficit. Salubritas cæli per omnē Hispaniā, æqualísq; aeris spiritus, nulla paludū graui nebula inficitur. Huc accedunt & marinæ auræ, undiq; aduersus assidui flatus, quib⁹ omnē prouinciam penetrantibus, euētilato terrestri spiritu; præcipua omnibus sanitas redditur. Corpora hominum ad inediam, laborémq;, animi ad mortem parati. Dura omnibus & stricta parsimonia bellum quā otium malunt. Si extraneus deest, domi hostem quærūt. Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeò illis fortior taciturnitatis cura, quàm vitæ celebratur. Eadem etiam bello Punico serui illius patiētia, qui vltus dominum inter tormēta risu exultauit serenáq; lætitia crudelitatē torquētium vicit. Velocitas gēti permix, inquies animus, plurimis militares equi, & arma sanguine ipsorum chariora. Nullus, nisi festis diebus, epularū apparatus. Aqua calida lauari post secundum bellum Punicum à Romanis didicere. In tanta seculorum serie nullus illis dux magnus, præter Viriatum fuit. qui annis decem Romanos varia victoria fatigauit (adeò feris propiora, quā hominibus ingenia sunt) quem ipsum non iu-

Pyrenæi montis spatium.

Hispanorū mores.

Epiphonema.

Rarum patientiæ exemplū. Val.Max. li.2.ca.3.

dicio

dicio populi electum, sed ut cauendi scientem, declinandorúmque periculorum peritum, sequuti sunt. Cuius ea virtus, continentiáque fuit, ut cùm Consulares exercitus frequenter vicerit, tantis rebus gestis non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutauerit, sed in eo habitu, quo primùm bellare cœpit, perseuerauerit, ut quiuis gregarius miles ipso imperatore etiam opulentior videretur. In Lusitania iuxta fluuium Tagum, equas vento concipere multi autores prodiderunt: quæ fabula ex equarum fœcunditate, & gregum multitudine nata sunt qui tanti in Gallecia ac Lusitania, ac tam pernicies visuntur, ut non immeritò ipso vento concepti videantur. Gallecii autem Græcam sibi originem afferunt. Siquidem post finem Troiani belli, Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni, cum nō reciperetur in regnum, Cyprum cō cessisse, atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse: Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetisse. Sed cùm ab Eurysace Aiacis filio, accessus prohiberetur, Hispaniæ litoribus appulsum, loca, ubi nunc est Carthago noua, occupasse, inde Galleciam transisse, positísque sedibus genti nomen dedisse. Gallecia autē portio, Amphilochi dicuntur. Regio cùm æris & plumbi vberrima, tum minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit. Auro quoque ditißima, adeò ut

Viriati Hispanorum ducis moderatio.

Flante Fauonio. Equarum Hispanarum conceptus.

Eurysace

Circa Bæticam. Gallecia.

etiam

etiam aratro frequenter glebas aureas excindant. In huius gentis finibus sacer mons est, quẽ ferro violari nefas habetur. Sed si quandò fulgure terra proscissa est, (quae in his locis assidua res est) detectum aurum velut Dei munus colligere permittitur. Fœminæ res domesticas, agrorúmq. culturas administrant, ipsi armis & rapinis seruiunt: præcipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro violentior. Quippe temperamentis eius ferrum acrius redditur: nec vllum apud eos telum probatur, quod nõ aut Bilbili fluuio, aut Chalybe tĩgatur. Vnde etiã Chalybes fluuij huius finitimi appellati, ferróq. cæteris præstare dicuntur. Saltus verò Tarthesiorũ, in quibus Titanas bellum aduersus deos gessisse proditur, incoluere Curetes: quorũ rex vetustissimus Gargoris, mellis colligendi vsum primus inuenit. Huic cũ ex filiæ stupro nepos prouenisset, pudore flagitij, variis generibus extingui paruulum voluit: sed per omnes casus, fortuna quadã seruatus, ad postremum ad regnũ tot periculorũ* miseratione peruenit. Primũ omnium enim cum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum, tramite angusto, per quem armenta commeare consueuerant, proiici iubet: crudelis prorsus qui procul cari nepotem, quàm simplici morte interfici maluit. Ibi quoque cùm inuiolatus

Dissentit à seipso.

*admiratione.

Sæuitia in nepotem.

Pure nutritus à cane, sue, & postremum à cerua.

violatus esset, nec alimētis egeret, canibus primo ieiunio, & multorum dierū abstinentia cruciatis, mox etiā suibus obiici iubet. Itaque cùm non solum non nocerent, verumetiam quarundam vberibus aleretur, ad vltimum in Oceanū abiici iussit. Tum planè manifesto quodam numine inter furentes æstus, ac reciprocantes vndas, velut naue, nō fluctu veheretur, leni salo in littore exponitur: nec multo post, cerua, adfuit, quæ vbera paruulo offerret. Inde denique conuersatione nutricis eximia puero pernicitas fuit, interq. ceruorum greges diu montes saltúsq. haud inferior velocitate peragrauit. Ad postremū laqueo captus, regi datus dono est. Tunc ad lineamentorum similitudinem, & ex notis corporis, quæ inusta paruulo fuerant, nepos est agnitus. Admiratione deinde tot casuū periculorúq. ab eodem successor regni destinatur. Nomē illi impositum Habidis, qui vt regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, vt non frustra deorum maiestate periculis ereptus videretur. Quippe barbarum populum legibus iunxit, & boues primò aratro domare, frumentáq. sulco serere docuit, & ex agrestibus cibis meliora vesci, odio eorū quæ ipse passus fuerat, homines coegit. Huius casus fabulosi viderētur, nisi & Romanorum cōditores lupa nutriti, & Cyrus rex Persarū cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria seruilia populo interdicta, & plebs in septem vrbes diuisa,

Vide lactis materni vim.

Habis rex.

*nisi; Mortuo. Ex abide regnum per multa secula à successoribus eius retentum est. In alia parte Hispaniae, & quae ex insulis constat, regnum penes Gerionē fuit. In hac pabuli tanta laetitia est, ut nisi abstinētia interpellata sagina fuerit, pecora rumpātur. Inde deniq; armenta Geryonis, quae illis temporibus solae opes habebantur, tāta famae fuēre, ut Herculē ex Asia praeda magnitudine illexerint. Porrò Geryonē ipsum non triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuisse ferūt: sed tres fratres tanta cōcordia vixisse, ut uno animo omnes *regi viderētur: nec bellum Herculi sua spōte intulisse: sed cùm armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse. Post regna deinde Hispaniae primi Carthaginēses imperium provinciae occupauere. Nam cùm Gaditani à Tyro unde & Carthaginiensium origo est, sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent, urbémq; ibi condidissent, inuidētibus incrementis nouae urbis finitimis Hispaniae populis, ac propterea Gaditanos bello lacessentibus, auxilium consanguineis Carthaginenses miserūt. Ibi felici expeditione & Gaditanos ab iniuria vendicauerunt & maiorem partem prouinciae imperio suo adiecerunt. Postea quoque hortatibus primae expeditionis auspiciis, Amilcarē imperatorem cum magna manu ad occupandam prouinciam miserunt: qui magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur in insidias*

Herculis & & Geryonis historia.

Geryō tri. corpor. vnde.

*regere.

Carthaginenses cur Hispaniam occupauerunt.

deductus, occiditur. In huius locum gener ipsius Hasdrubal, mittitur. qui & ipse à seruo Hispani cuiusdam, vlciscente domini iniustam necem, interfectus est. Maior vtroq; Annibal imperator Amilcaris filius succedit. Siquidem vtriusque gesta vtriusque supergressus, vniuersam Hispaniam domuit: inde Romanis illato bello, Italiam per annos sedecim varijs cladibus fatigauit: cùm interea Romani, missis in Hispaniam Scipionibus, primò Pœnos prouincia expulerunt. Posteà cum ipsis Hispanis grauia bella gesserunt: nec priùs perdomita prouincia iugum Hispania accipere potuerunt, quàm Cæsar Augustus perdomito orbe, victricia ad eos arma transtulit, populumque barbarum ac ferum, legibus ad cultiorem vitæ vsum traductum in formam prouinciæ redegit.

FINIS.

EPITOME EX I. BAPTISTA EGNATIO Veneto C. Iulij Cæsaris vitæ quæ ab Aurelio prætermissa est.

C. IVLIVS CÆSAR.



AIVS *Iulius Cæsar L. Cæsaris & Aureliæ filius natus fuit Romæ C. Mario et L. Valerio Flac. Coss. ad 4. Id. Quintileis, qui mē-*

sis

sis post eius mortem lege Antonia Iulius est ea causa dictus: educatus apud Aureliam matrem C. Cotta filiam, & Iuliam amitã C. Marij coniugem: vnde illi patricio amor plebeiæ factionis, & odium Syllæ. Primus hic perpetuam Dictaturam inuasit. Debellata enim intra decennium Gallia, tentata tunc primum Britannia, & Germanis in syluas ac paludes suas compulsis, in Italiam descendit: eáq; solita celeritate recepta. Hispaniísque pacatis, Pompeium magnum Pharsalico prælio fudit. Cúmq; de omnibus hostibus triumphasset, tãdem amicissimorum coniuratione tribus ac viginti vulneribus confossus periit, ætatis anno sexto & quinquagesimo, Dictaturæ verò initæ anno III. Vir pacis bellíq; artibus & in primis clementia longè clarissimus: si libertatis assertor, quàm inuasor esse maluisset. Hæc Egnatius. Nihil in hoc Cæsare defuit, quod & viro summo adesse oportuisset: in eo consilium, eloquentia, vigor, constantia, militaris disciplina, omniúmque altissimarum artium studium, & quod ad gratiam conciliandam plurimum valet, mira quædam liberalitas: quibus ille gradibus ex humili fortuna ad summum rerum humanarum peruenit fastigium.

Egnatij Epitome.

Cæsaris interitus, viginti tribus vulneribus in eum illatis.

DE VITA ET MORIBVS IMPERATORUM Romanorum: excerpta ex libris Sexti Aurelij Victoris, à Cæsare Augusto vsque ad Theodosium Imperatorem.

D. CÆSAR OCTAVIANVS AVGVSTVS.



ANNO VRBIS *conditæ* DCCXXII. *ab exactis verò regibus* CCCCLXXX, *mos Romæ repetitus, vni prorsus parendi, pro rege Imperatori, vel sanctiori nomine Augusto appellato. Octauianus igitur patre Octauio Senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus. Adoptione vero C. Cæsaris maioris auunculi C. Cæsar dictus, deinde ob victoriã Augustus cognominatus est. Iste in Imperio positus, Tribunitiam potestatem per se exercuit. Regionem Aegypti inundatione Nili accessu difficilem, inuiamq; paludibus in prouinciæ formam redegit. Quam vt annonæ vrbis copiosam efficeret, fossas, incuria vetustatis limo clausas, labore militum patefecit. Huius tempore ex Aegypto vrbi annua ducenties centena millia frumenti*

Aũ Octauij argentariũ, patrem adstipulatorem Cicero dicit fuisse, quorum vterque precarium quæstum fecerit.

Ob id horreum populi Ro. -llat.

menti inferebantur. Iste Cantabros & Aquitanos, Rhetos, Vindelicos Dalmatas, numero prouinciarum populi Romani coniunxit: Suenos, Cattósque deleuit, Sicambros in Galliam transtulit, Pannonios stipendiarios adiecit, Getharum populos, Basternásque lacessitos bellis ad concordiam cõpulit. Huic Persæ obsides obtulerant, creãdique regis arbitrium permiserũt. Ad hunc Indi, Scythæ, Garamantes, Aethiopes, legatos cũ donis miserũt. Adeò namque turbas, bella simultates execratus est, vt nisi iustis de causis nunquam genti cuiquam bellum indixerit. Iactantis esse ingenij, & leuissimi dicebat ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos euentus certaminum, securitatem ciuiũ præcipitare, neque imperatori bono quicquam minus, quàm temeritatem congruere. Satis celeriter fieri, quicquid commodè gereretur. Armaque nisi maioris emolumenti causa, nequaquam mouenda esse, ne compẽdio tenuis, iactura graui petita victoria, similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique detrimẽtum nullo captura lucro pensari potest. Huius tempore trans Rhenum vastatus est Romanus exercitus, atque Tribuni & Proprætor cæsus. Quod intantum perdoluit, vt cerebri valido incursu parietem pulsaret, veste capilloque, ac reliquis lugentium indiciis deformis, Auunculi quoque

inu-ntū vehementer arguebat, qui milites commilitones nono, blandóque more appellans, dum affectat clarior fieri, autoritatē Principis emolliebat. Denique erga omnes clementissimè versatus est. In amicos fidus extitit: quorum præcipui erant ob taciturnitatem Mecænas, ob patientiam laboris modestiámq; Agrippa. Diligebat præterea Virgilium: rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Liberalibus studiis, præsertim eloquētiæ in tantùm incūbens, ut nullus ne in procinctu quidē laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. Leges alias nouas alias correctas protulit suo nomine. Auxit, ornauítq; Romā ædificiis multis, isto glorians dicto, VRBEM LATERITIAM REPERI, RELINQVO MARMOREAM. Fuit mitis, gratus, ciuilis, animi lepidi, corpore toto pulcher, sed oculis magis: quorum aciem clarissimorum syderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquàm solis radiis, aspectui suo. A cuius facie cùm quidam miles oculos auerteret, & interrogaretur ab eo, Cur ita faceret, respōdit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen vir tantus vitiis caruit: fuit enim paululū impatiens, leuiter iracundus, occultè inuidus, palam factiosus. Porrò autem dominandi suprà quàm æstimari potest auidissimus: studiosissimus aleæ lusor. Cùmque

Vrbs marmorea pro lateritia.

eßet

esset tibi acervint non multi, aliquatenus verò somni abstinens, serviebat tamen libidini usque ad probrum vulgarem famæ. Nam inter duodecim catamitos, totidémq; puellas accūbere solitus erat, abiecta quoq; uxore Scribonia, amore alienæ coniugis possessus, Liviam, quasi marito cōcedente, sibi cōiunxit: cuius Liviæ iā erant filij Tiberius & Drusus. Cúmque esset luxuriæ serviens, erat tamen eiusdem vitiis severissimus ultor, more hominum, qui in ulciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Nam & poëtam Ovidium, qui & Naso, pro eo quòd tres libellos amatoriæ artis conscripserat, exilio dānavit. Quādā; eſt læti animi, vel amœni: oblectabatur omni genere spectaculorū, præcipuè ferarū incognita specie & infinito numero. Annos septē et septuaginta ingressus, Nolæ morbo interiit: quamquā alij scribāt, dolo Liviæ extinctum, metuentis, ne quia privigna filium Agrippam, quem odio novercali in insulam relegaverat, reduci cœperat, eo summam rerum adepto, pœnas daret. Igitur mortuum, seu necatum, multis novísque honoribus senatus censuit decorandum. Nam præter id quòd anteà patrem patriæ dixerat, templa tam Romæ, quàm per urbes celeberrimas ei consecravit, cunctis vulgò iactātibus, Utinam aut non nasceretur, aut non mereretur. Alterum enim pessimi incepti, exitus præclari alterum. Nam & in adi-

Scribonia Augusti coniunx.

Ovidius relegatus in Tomū.

Augustus Nolæ moritur.

Augustus pater patriæ dictus.

piscendo principatu, oppressor libertatis est habitus: & in gerendo ciues sui amantis, vt triduo frumento in horreis quondā viso, statuisset veneno mori, si è prouinciis classes interea nō venirent. Quibus aduectis, felicitati eius salus patriæ est attributa. Imperauit annos quinquaginta sex. XII. cum Antonio, XL. vero & quatuor solus. Qui certè nunquam aut reipublicæ ad se potentiam traxisset, aut tamdiu ea poteretur, nisi magnis naturæ & studiorum bonis abundasset.

CLAVDIVS TIBERIVS.

Nerones lingua Sabina fortes appel. Tranq.

CLaudius Tiberius Liuiæ filius, Cæsaris Octauiani priuignus, imperauit annos vigintitres. Iste, quia Claudius Nero dicebatur, eleganter à iocularibus Caldius Biberius Mero, ob vinolentiā nominatus est. Satis prudēs in armis, satisq; fortunatus ante sumptū imperium sub Augusto fuit, vt non immeritò reipublicæ dominatus ei cōmitteretur. Inerat ei scientia literarum multa: eloquio clarior, sed ingenio pessimo, truci, auaro, insidioso, simulās ea se velle, quæ nollet. His quasi infensus, quibus consultū cupiebat: His vero quos oderat, quasi beneuolus apparens. Repentinis responsionibus aut consiliis melior, quam meditatis. Deniq; delatum à patribus principatum, quod quidē astu fecerat, fictè abnuere, quid singuli dicerēt, vel sentirēt, atrociter explorās: quæ res bonos quosq; pessum dedit.

Imperatoris nomen repudiauit Tibe-

duxit. Aestimantes enim eos animo eum longa oratione imperialis molestiæ magnitudinem declinare, cùm sententiam ad eius volūtatem pronunt, incessere exitia postrema. Iste Cappadociam in prouinciam, remoto Archelao rege eorū, redegit: Getulorum latrocinia repressit. Maraboduum Sueuorum regem callidè circumuenit. Cùm immanis foret insontes noxios, suos pariter externosq. puniret, resolutis militum artibus, Armenia per Parthos, Mœsia à Dacis, Pānonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gētibus direpta sunt. Iste post LXXVIII. annum & mensem IIII insidiis Caligulæ extinctus est.

Cappadocia in prouinciam redacta.

C. CÆSAR CALIGVLA.

Caligula imperauit annos IIII. Iste filius fuit Germanici: quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calciamenti militaris, id est, caligulæ, sortitus est. Ante principatū omnibus clarus, acceptusq. fuit. In principatu verò talis, vt non immerito vulgaretur, atrociorem illo dominum non fuisse. Denique tres sorores suas stupro maculauit. Incedebat habitu deorum suorum, Iouem ob incestum, è choro autem Bacchanali liberum se afferebat: de quo nescio an decuerit memoriæ prodi, nisi fortè quia iuuat de principibus nosse omnia, vt improbi saltem famæ metu talia declinent. In palatio matronas nobiles publicæ libidini subiecit. Primus diademate capiti imposito, dominum se iussit

Vnde Caligula nomen sortitus.

Caligulæ libido.

Quamobrem de malis principibus scriba

appellari. In spatio trium millium quod inter Puteolanos inter moles iacet, duplici et dine naues contexens arena aggestu ad terrae speciem viam solidatam, phalerato equo insignis querceacorona, quasi triumphans, indutus aureo paludamento, cum bijugi decurrit. Debinc à militibus confossus interiit.

Mori.

CLAVDIVS TIBERIVS.

* Decimi.

CLaudius Tiberius, *Drusi Tiberij fratris filius, Caligulae patruus, imperauit annos quatuordecim. Iste, cū senatus censuisset gentē Caesarū exterminari, deformi latebra latens, repertus à militibus, quia vecors erat, & mitissimus videbatur imprudētibus, imperator effectus est. Hic vētri, vino, libidini foeda obediens, vecors & prope hebes ignauus ac pauidus, libentorum, & coniugis imperiis subiectus fuit. Huius tēpore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus, continuò occiditur. Mauri prouinciis accessere, caesa Musulamiorum manus est. Aqua Claudia Romae introducta. Huius vxor Messaliana primò clàm, mox passim, quasi iure, adulteriis vtebatur: ex quo facto plures metu abstinentes, extincti sunt. Debinc atrocius accensa, nobiliores quasque nuptas & virgines scortorum modò secum proposuerat, coactique mares vt adessent, Quòd si quis talia horruerat adficto crimine, in ipsum, omnémque familiam eius saeuiebatur,

Claudius cur imperator effectus.

Messalinae Claudij vxoris libido.

batur, ut magis videretur sub imperatore viro, quàm imperatori nupta esse: ita liberti eius potestatem adepti stupris, exilio, cæde, proscriptionibus omnia fœdabant. Ex quibus Felicem legionibus Iudeæ præfecit: Possidio eunucho post triumphum Britannicum, inter militarium fortissimos, arma insignia, tãquam participi victoriæ, dono dedit. Polybum inter cõsules medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini: Pallásq; prætoriis ornamẽtis sublimatus, adeò dives, ut causante eo inopia in fisco, lepidissimè famoso elogio vulgatum sit, Abunde ei pecuniam fore si à duobus libertis in societatem reciperetur. Huius temporis visus est apud Aegyptũ Phœnix, quàm ferũt volucrem ann. D. ex Arabia memoratos locos advolare, atque in Aegæo mari repente insula emersit. Hic Agrippinam, Germanici fratris sui filiam, uxorem duxit, quæ filio imperium procurãs, primo privignos insidiis multiformibus, dehinc ipsum coniugem veneno interemit. Vixit annos sexagintaquatuor, cuius funus, ut quondam in Tarquinio Prisco, diu occultatum, dum arte muliebri corrupti custodes agrum simulant, Nero privignus eius imperij iura suscepit.

Possethoc etiã hodie in reges dici.

Hoc falsũ esse Plin. lib. 10. scribit.

Moguntiæ situm putant.

DOMITIVS NERO.

Domitius Nero, Patre Domitio Aenobarbo genit⁹, matre Agrippina, imperauit an

nis tredecim Iste quinquennio tolerabilis visus. Vnde quidam prodidere. Traianum solitum dicere, procul distare cunctos principes à Neronis quinquennio. Hic in vrbe amphitheatrū & lauacra construxit. Pontum in ius prouinciæ Polemonis Reguli permissu redegit, à quo Polemoniacus Pontus appellatus est: itemque. Cottias Alpes, Cottio rege mortuo. Eo namq; dedecore reliquū vitæ egit, vt pudeat memorare huiuscemodi quēquā; Eò progressus est, vt neq; sua, neque aliorum pudicitiæ parcēs, ad extremū amictus nubentiū virginum specie, palam cōuocato senatu, dote dicta, cūctis fesse de more frequentātibus, nuberet. Pelle tectus feræ, vtriq; sexus genitalia vultu cōtrectabat: matrem etiam stupro contaminauit, quam postmodum interemit. Octauiam & Sabinam cognomento Poppeam, in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. Tunc Galba in Hispania procul, & C. Iulius imperium corripuere. Vbi aduētare Nero Galbam didicit, Senatúsq; sentētia constitutum, vt more maiorum collo in furcā cōiecto, virgis ad necem cæderetur, desertus vndique noctis medio egressus vrbem, sequentibus Phaone Epaphrodito, Neophythóq; & spadone Spero, quē quondam Nero exsectum formare in mulierem tentauerat, semet ictu gladij transegit, adiuuante trepidantē manum impuro, de quo diximus, eunucho Spero cùm sanè prius nullo reperto, à quo feriretur

Traiani dictum de Neronis quinquennio.

Nero ab omnibus deseritur.

Mors Neronis, & dicta per eū in ea

ferire tur, exclamaret, Itáne nec amicum habeo, nec inimicum dedecorosè vixi, turpius peream. Periit anno ætatis XXXII. Hunc Persæ intantum dilexerunt, vt legatos mitteret, orantes copiam construendi monimēti. Cæterùm adeò cunctæ prouinciæ, omnísq; Roma interitu eius exultauit, vt plebs induta pileis manumissionum tanquam sæuo exempta domino, triumpharet. Pileum sumere.

SERGIVS GALBA.

Galba nobilis Sulpitiorum genere progenitus, imperauit menses septem, diesq; totidem. Iste in adolescentes infamis, ad vescendum intemperans fuit trium amicorum consilio, id est, Iunij, Cornelij, & Celij, cūcta dispones; adeò, vt inter Palatinas ædes, pariter habitarēt, & vulgò pedagogi dicerentur. Hic ante sumptam dominationem, multas prouincias egregiè administrauit, militem seuerissimè tractans, ita vt ingresso eo castra vulgaretur statim, Disce miles militare, Galba est nō Getulicus. Cū LXXIII. ætatis annum ageret, dum factione Othonis accensas legiones lorica tectus, lenire contenderet, ad lacum Curtium cæsus est. Pedagogi Galbæ.

OTHO * SYLVIVS.

Syluius Otho splendidis ortus maioribus ex oppido Ferentino, imperauit mēses quatuor. Vita omni turpis, maximè adolescentia. Hic à Vitellio primùm apud Placētiam, dehinc apud Bebria

* SYLVIVS. XCV. dies regnasse scribit Tl[illegible]

Bebriacum victus semet gladio transfixit, anno
XXXVIII. *ætatis* XXXVII. *adeò amabilis militibus pro-*
Tranq. *priis, ut plerique corpore eius viso, suis manibus interierint.*

AVLVS VITELLIVS.

Vitellius ortus familia nobili patre Lucio Vitellio tertio consule, imperauit menses VIII. *Iste mente crudelis, auarusque cum profusione fuit. Huius tẽpore Vespasianus in Oriente principatum arripuit: à cuius militibus certamine sub muris urbis habito, superatus, è palatio, quò se abdiderat Vitellius, vinctis à tergo manibus productus, circunducitur ad spectaculum vulgi. At ne homo impudens, in extremis saltem malorum, quæ gesserat, rubore faciẽ demitteret, subiecto in mentum gladio seminudus, multis cæno, fimo, & cæteris turpioribus dictu purgamentis vultum eius incessentibus, per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necare permiserat, numerosis ictibus confossus, interijt. Vixit annis quinquaginta septẽ. Hi omnes quos paucis attigi, præcipuè Cæsarum gens adeò litteris culti, atque eloquentiæ fuere, ut ni cunctis vitiis, absque Augusto, nimij fuerent, profectò texissent immodica flagitia.*

Mors ignominiosissima.

Inde unco tractus ad Tiberim. Tranq.

VESPASIANVS.

Vespasianus imperauit annos decẽ. Huius inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias

molestias obliuisci, adeò vt Vitellij hostis sui, filiam locupletissimè dotatam, splendidissimo coniungeret viro. Ferebat patienter amicorum motus, contumeliis curam, vt erat facetissimus, dictis iocularibus respondens. Nanq; Licinium Mutianum, quo adiutore ad imperium peruenerat, fiducia meritorum insolentem lepide flectebat, adhibito aliquo vtrique familiari, id vnum dicens, Nosti me virum esse. Sed quid mirum in amicos cum etiam causidicorum obliqua dicta, et philosophorum contumaciam contemneret? Iste exanguem diu, fessámque terrarum orbem breui refecit. Nanque priusquam satellites tyrannidis, nisi qui forte atrocius longè processerant, flectere potius maluit, quàm excruciatos delere, prudentissimè ratus, nefaria ministeria à plurimis metu curari. Praeterea legibus aequissimis monendo, quodque vehementius est, vitae specie vitiorum plura aboleuerat. Infirmior tamen, vt quidam prauè putant, aduersus pecuniam, cum satis constet, aerarij inopia, et labe urbium nouas eum neq; posteà habitas vectigalium pensiones exquisiuisse. Hic Romam deformem incendiis veteribus, ac ruinis, permissa, si domini deessent, volentibus aedificandi copia, Capitolium, aedem pacis, Claudij monimenta reparauit, multaque noua instituit per omnes terras, quae iure Romano est, renouatae vrbes cultu egregio: viae operibus maximis munitae sunt. Tum cauati montes per Flaminiam sui prono transgressu, quae vulgo

Patientia erga criminantes.

Collapsae Reip. restitutio.

vulgariter Pertusa petra vocitatur. Mille gẽtes compositæ, cum ducẽtas ægerrimè reperisset extinctis sæuitia tyrannorum plerisque. Rex Parthorum Vologeses metu solo in pace coactus est. Syria seu Palæstina, necnon Cilicia Trachea & Comagene, quam hodie Augustophratensem nominamus, prouinciis accessere: Iudæi quoque additi sunt. Hic monentibus amicis, ut caueret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum, consulem fecit, alludens tali cauillo, Quandoque memor erit tanti beneficij. Institutũ verò uniformè omni imperio tenuit. Vigilare de nocte, publicisq; actibus absolutis charos admittere, dum salutatur calceamenta sumens, & regium vestitum. Post autem negotiis quæcũque aduenissent, auditis, exerceri vectatione, deinde requiescere: postremò ubi lauisset, remissiore animo conuiuium curabat. Plura dicere studium coëgit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos LVI. Romana Resp. exanguis sæuitia tyrannorum, quasi fato quodam, ne penitus rueret, adsecuta est. Itaque annum agens vitæ absque uno septuagesimum semper iocis, quibus delectabatur, admissis interijt. Quippe primò cùm crinitum sydus apparuisset: Istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui capillus effusior. Deinde ventris eluuie fessus & assurgens, Stantem ait, imperatorem excedere terris decet.

Optimum hoc est ad abolendã inuidiam.

Infirmitas & mors eiusdem.

TITVS.

Titus vocabulo patris etiam Vespasianus dictus, matre liberta Domitilla nomine genitus, imperauit annos duos, & menses I. diesque viginti. Iste à puero præclarus studiis, probitatis, militiæ, literarum instantissimè deditus, quò cõtenderet, animi & corporis muneribus ostendit. Hic vbi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum, quos imitabatur, anteierit, præcipuè clementia, liberalitate, honorificentia, ac pecuniæ contemptu: quæ eò ampliùs grata fuêre, quod ex nonnullis à priuato adhuc patratis asperior, luxuriæq. & auaritiæ amans credebatur fore. Nãq. præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, suspectũ quẽque & oppositũ sibi immissis qui per theatra & castra inuidiosa iactantes ad pœnam poscerent, quasi criminis conuictos oppressit. In queis Cæcinam consularem adhibitum cœnæ, vix dum triclinio egressum, ob suspicionem stupratæ Berenices vxoris suæ, iugulari iussit. Iurgia autem sub patre venũdata, rapinarum cupidũ: vnde Neronem cuncti vocantes opinantésque, summam rerum nactum, grauiter acceperant. Sed hæc in melius conuersa, adeò ei immortalem gloriam cõtulere, vt delitiæ atque amor humani generis appellaretur. Denique vt subiit pondus regum Berenicẽ nuptias suas sperantẽ, regredi domum & enervatorũ greges abire præcepit: quo facto

Titi ortus & educatio.

Delitiæ humani generis.

quasi signum protulit mutata intemperantia. Dehinc cùm donata cõcessáque à prioribus principibus firmare insequentes solerent: simul vt imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit. Quadam etiam die, recordans vesperi, nihil se cunquam præstitisse, venerando cælestique dicto, AMICI, *ait*, PERDIDIMVS DIEM: *quia erat magnificæ liberalitatis. Clementiam vero vsq; eò perduxit, vt amplissimi ordinis duo, cum aduersus eum cõiurassent, neque abnuere cogitatũ scelus quirẽt, monuerit primò post deductus in spectaculum secum vtrinq; assidere iusserit: petitóq; ex industria mirmillonũ quorum pugnæ visebantur, gladio, quasi ad explorandam aciem, vni atq; alteri cõmiserit: quibus perculsis, & cõstantiam mirantibus diceret,*

Potestas fato datur.

Videstisne POTESTATES FATO DARI, *frustráq; tẽtari facinus potiundi spe, vel amittẽdi metu? Fratrem quoque Domitianum parantem insidias, militúmque animos solicitantem, flẽs sæpius obtestatus est, ne parricidio adsequi cuperet, quod & se volente esset obuenturum ei, & iam haberet, cùm sit particeps potestatis.*

Incendiũ Vesuui.

Huius tẽpore mõs Vesuuius in Cãpania ardere cæpit, incendiumq; Romæ sine nocturna requie per triduũ fuit: lues quoq;, quanta vix vnquam anteà fuit. Quibus tamen malis nonnullis vexatis, pecunia propria subuenit, cunctis remediorũ generibus, nunc ægrotantes per semetipsum re-

ficiens

ficiens, nunc consolans suorum mortibus afflictos. Vixit annos quadraginta vnum, & in eodē, quo pater apud Sabinos, agro, febre interiit. Huius mors credi vix potest quantum luctus vrbi, prouinciisq; intulerit, adeò vt eum delicias publicas, sicut diximus, appellantes, quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent.

DOMITIANVS.

Domitianus Vespasiani & Domicillæ libertæ filius, germanus Titi, imperauit annis XV. Iste primò clementiā simulās, neq; adeò iners, domi bellisque tolerātior videbatur: idcircòque Cattos Germanósque deuicit, ius æquissimè dixit. Romæ multa ædificia vel cœpta, vel à fundamentis construxit: bibliothecas incendio consumptas, petitis vndiq; præsertim Alexandria exemplis, reparauit. Sagittarū tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extētæ manus viri procul positi spicula transuolarent. Dehinc atrox cædibus, bonorum supplicia agere cœpit, ac more Caligulæ dominum sese, deúmque dici coegit, segnisque ridiculè remotis omnibus, muscarum agmina persequebatur: furens libidine, cuius fædum exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην vocabat. Hinc percunctanti cuidam, quisquámne in palatio esset, responsum est, Ne musca quidem. His eius sæuitiis, ac maximè iniuria verborum, quæ se scortum vocari dolebat accensus Antonius, curans Ger-

Domitiani peritia in sagittando.

κλινοπάλης.

maniam superiorem, imperium corripuit. Quo per Normanum Appium acie strato, Domitianus longe deterior in omne hominũ genus etiam in suos, ferarum more, grassabatur. Igitur metu crudelitatis, & conscientiæ suæ coniurauêre plerique impulsoribus Parthenio procurante cubiculum, & Stephano: & tum ob fraudem interceptæ pecuniæ, supplicum suspectante Clodiano, adscita etiam in consilium tyranni uxore Domitia, ob amorem Paridis histrionis à principe cruciatus formidante, Domitianum multis vulneribus confodiunt, post annum V. & XL. vitæ. At Senatus gladiatoris more funus efferri, radendúmque nomen decreuit. Huius tempore seculares ludi celebrati sunt.

COCCEIVS NERVA.

HActenus Romæ seu per Italiã orti imperium rexere, hinc aduenæ: unde cõpertum est, urbem Romam externorum virtute creuisse. Quid enim Nerua prudentius aut moderatius? quid Troiano diuinius? quid præstãtius Adriano? Cocceius Nerua oppido Narniensi genitus, imperauit mẽses XIII. dies X. Iste cũ imperium suscepisset, mox rumore orto, viuere atque affore Domitianũ perinde trepidauit, vt colore mutato, verbis amissis, vix cõsisteret: sed à Parthenio cõfirmatus, recepta fiducia ad solẽne delinimentum conuersus est. Qui cùm in curia à senatu gratanter exceptus esset, solus ex omnibus. Arrius

uius Antonius, vir acer, eique amicissimus, cõditionem imperantiũ prudenter exprimens, amplexus eum, gratulari se ait Senatui & populo prouinciisq; , ipsi autem nequaquam: cui satius fuerat malos semper principes eludere, quàm tanti oneris vim sustinentẽ, non molestiis modò & periculis subiici, sed fama etiam inimicorum pariter & amicorum, qui cùm se mereri omnia præsumunt, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Iste quicquid antea pœna nomine tributis accesserat, indulsit: afflictas ciuitates releuauit: puellas, puerósque natos parentibus egestosis, sumptu publicõ per Italiæ oppida ali iussit. Hic ne accessu malignorum terreretur, Iunij Mauritij cõstantis viri dicto ita admonetur. Qui cõuiuio familiari adhibitus, cùm Veientonem cõsulari honore functum quidem, apud Domitianum tamẽ multos occultis criminationibus persecutum, adesse vidisset, inter colloquia mentione Catuli facta, calũniatoris præcipui, dicẽte Nerua, Quid nunc faceret, si Domitiano superuixisset? Nobiscum, inquit Mauritius, cœnaret. Hic iurgiórum disceptator & scientissimus & frequens fuit. Calphurnium Crassum, promissis ingentibus animos militum pertentantem, detectum, confessumque, Tarentũ cũ vxore remouit, patribus lenitatẽ eius increpãtibus. Cumq; interfectores Domitiani ad exitium poscerẽtur, tantum est cõsternatus, vt nec Mauricum Pli. appellat.

vomitũ, neq; impetum vẽtris valuerit differre. Et tamẽ vehemẽter obstitit, dictitãs Aequius esse mortẽ subire, quã autoritatẽ imperij fœdare, proditis potẽtiæ sumẽdæ autorib⁹. Sed milites neglecto principe, requisitos Petroniũ Stephanum vno ictu. Parthenium verò, dẽptis prius genitalibus, & in os coniectis, iugulauere: redẽpto magnis sumptibus * Casperto qui scelere tam traci insolentior, Neruam compulit referre apud populis gratias militibus, quia nefandos pessimosq; omnium mortaliũ peremissent. Hic Traianũ in liberi locũ, inq; partem imperij adoptauit: cũ quo tribus vixit mensibus. Qui dum suggerente ira, voce quã maxima contra quendam, Regulũ nomine, inclamaret, sudore correptus est: quo refrigescente, horror corporis nimius initium febri fuit: nec multo post, vitã finiuit anno ætatis LXIII. Cuius corpus à senatu quondam augusto honore delatũ in sepulchro Augusti sepultum est. Eo die quo interiit, solis defectio facta est.

* Aeliario

Opinor esse M. Regulum: quem. Plinius iunior bipedum omnium nequissimũ vocat.

VLPIVS TRAIANVS.

VLpius Traianus ex vrbe Tudertina, Vlpi⁹ ab auo dictus, Traianus à Troio patre ni generis autore, vel de nomine Traiani patris sic appellatus, imperauit annis viginti. Iste talẽ se reipublicæ præbuit, qualẽ vix ægrèq; exprimere valuerũt summorũ scriptorũ miràda ingenia. Hic imperiũ apud Agrippinã, nobilẽ Galliæ coloniã, suscepit, habens diligentiã in re militari,

Agens annum XLII.

Agrippina.

in ciui

in ciuilibus lenitatẽ, in subleuandis ciuitatibus largitionẽ Cũq; duo sint, quæ ab egregiis princi pibus expectemur, sanctitas domi, in armis for titudo, vtrobiq; prudentia, tãtus erat in eo ma-ximarũ rerũ modus, vt quasi tẽperamẽto quadã virtutis misceri uisse videretur, nisi quia cibo vi nóq. paululum deditus erat: liberalis in amicos, & tanquã vitæ conditione par societatibus per frui. Hic ob honorẽ* Suræ cuius studio imperiũ arripuerat, lauacra cõdidit. De quo superuacaneũ videtur cũcta velle nominatim promere, cũ satis sit excultum atq. emendatum dixisse. Fuit enim patiens laboris, studiosus optimi cuiusq. ac bellicosi, magisq. simpliciora ingenia, aut eruditissimos, quãuis ipse parcæ esset scientiæ, moderatéq. eloquẽs, diligebat. Iustitiæ verò, ac iuris humani diuiniq. sã repertor noui, quàm inueterati custos. Quæ omnia eò maiora visebãtur, quoniã per multos atq. atroces tyrãnos perdito atq. prostrato statu Romano, in remediũ tãtorũ malorũ diuinitus credebatur opportunè datus, vsq. eo, vt aduenientes imperium eius pleraq. mirifica denuntiauerint. In quen præcipuum cornix è fastigio Capitolij Atticis sermonibus effata καλῶς ἔσται. Huius excussi corporis cineres relati Romã, humatiq; Troiani foro sub eius columna, & imago superposita, sicuti triũphãtes solẽt, in vrbẽ inuecta, senatu præeunte, & exercitu. Eo tẽpore multò perniciosius, quã sub Nerua Tyberi * Lycini.

inundauit, magna clade adium, & terraemotus grauis per prouincias multas, atróxq. pestilentia, famésque & incendia facta sunt. Quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est: statuens ne domorum altitudo LX superaret pedes: ob ruinas faciles, & sumptus, si quando talia cõtingerent, exitiosos. Vnde meritò PATER PATRIÆ dictus est. Vixit annos LXIIII.

Lex ædificatoria.

ÆLIVS ADRIANVS.

AElius Adrianus stirpis Italicæ, Aelio Adriano Traiani principis consobrino Adria orto genitus: quod oppidũ agri Piceni, etiam mari Adriatico nomen dedit. Imperauit annos XXII. Hic Græcis literis impensius eruditus, à plerisque Græculus appellatus est. Atheniensiũ studia morésque hausit, non sermone tantùm, sed & cæteris disciplinis, canendi, psallendi, medendíque scientia, musicus, geometra, pictor, fictor, ex ære, vel marmore proximè Polycletos, & Euphranoras. Perinde omnium ad ista erat factus, ut elegantius nunquam quicquàm humana res experta videantur, memor suprà quàm cuiquam credibile est, locos, negotia, milites, absentes quoque, nominibus recensere. Immensi laboris, quippe qui prouincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium præuertens, cum oppida uniuersa restitueret, augeret ordinibus. Namq. ad speciẽ legionũ milita

Vno tempore scripsit, dictauit, audiuit, & cum amicis fabulatus est Spartian.

*litarium, fabros, perpendiculatores, architectos, genúsq. cunctum extruẽdorum mœniũ, seu deco rãdorũ in cohortes cẽturiauerat. Varius, multiplex, multiformis ad vitia atq. virtutes, quasi arbiter genitus, impetũ mẽtis quodã artificio regẽs: ingeniũ inuidũ, triste, lasciuũ, & ad ostẽtationẽ sui insolens callide regebat. Continẽtiam, facilitatẽ, clementiã simulans contráq. dissimulans ardorẽ gloriæ, quo flagrabat, acerrimus ad lacessendũ pariter, & respõdẽdũ seriis, ioco, maledictis: referre carmẽ carmini, dictũ dicto: prorsus vt meditatũ crederes aduersus omnia. Huius vxor Sabina, dũ propè seruilibus iniuriis afficitur, ad mortẽ voluntariã cõpulsa est: quæ palàm iactabat, quàm immane ingeniũ pertulisset, & elaborasse, ne ex eo ad humani generis pernitiẽ grauidaretur. Hic morbo subtercutaneo quẽdiu placidè pertulerat, victus dolore, ardens, impatiensq. plures è senatu extinxit. A regibus multis pace occultis muneribus impetrata, iactabat palàm, plus se otio adeptũ, quàm armis cæteros. Officia sanè publica & palatina, nécnon militiæ, in eã formã statuit, quæ paucis per Cõstãtinum immutatis hodie perseuerant. Vixit annos *LXII. dehinc miserabilis exitu cõsumptus est, cruciatu membrorum ferè omnium confectus, in tantùm, vt crebrò sese interficiendum ministrorum fidissimis precãs offerret: ac ne in semetipsum sæuiret, custodia charissimorum seruaretur*

*LXXII. Exitus miserabilis.

ANTONINVS PIVS.

T. Aurelius Fuluius, Boionius, Antoninus. Pius.

ANtoninus Fuluius, seu Boionius dictus, postea etiā Pius cognominatus, imperauit annos XXIII. *Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, tantæ bonitatis in principatu fuit, vt haud dubiè sine exēplo vixerit: quāuis eum Numæ contulerit ætas sua, cum orbem terræ nullo bello per annos* XXIII. *autoritate sola rexerit, adeò trementibus eum atq. amātibus cūctis regibus, nationibusq; & populis, vt parētem, seu patronum magis, quàm dominū imperatoremve putarent, omnésq. vno ore in cælestium morem propitium optantes, de controuersiis inter se iudicem poscerent. Ad quem etiā Indi, Bactri, Hyrcani legatos misere, iustitia tātı imperatoris cōperta, quam ornabat vultu sereno & pulchro, procerus membra, decēter validus. Priusquàm salutandus prodiret, degustans panis aliquantulum ne frigescente circum præcordia per ieiunium sanguine, viribus exesis interciperetur, cóque actuum publicorū laboribus minimè sufficeret: quæ incredibili diligētia ad speciē optimi patrisfamilias exequebatur, appetentia gloriæ carens & ostētatione: adeò māsuetus, vt instantibus patribus, ad eos qui cōtra eum coniurauerat persequendos, compresserit quæstionem: præfatus, necesse non esse sceleris in semetipsum cupidos pertinacius indagari, ne si plures reperirentur, quanti odio esset, intellige-*

Satius enim putauit vnum ciuē seruare, quā mille hostes perdere. Spart.

retur. Igitur cū esset annorū LXXII. apud Lorios villa propria, millibus passuū XX. ab vrbe, febri paucorum dierum post tres atque duodecim annos imperij consumptus est: ob cuius honorem templa: sacerdotes, atque infinita alia decreta sunt. Vsque eò autem mitis fuit, vt cùm ob inopiæ frumētariæ suspicionem lapidibus à plebe Romana perstringeretur, maluerit ratione exposita placare, quàm vlcisci seditionem.

M. ANTONINVS.

MArcus autem Antoninus imperauit annos XVIII. iste virtutum omnium, cælestisque ingenij extitit, ærumnisque plurimis quasi defensor obiectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profectò quasi vno lapsu ruissent omnia status Romani. Quippe ab armis nusquam quies erat: pérque omnem Orientem. Illyricum, Italiam, Galliámque bella feruebāt, terræmotus nō sine interitu ciuitatem, inundationes fluminum, lues crebra, locustarum species agris infesta prorsus: vt propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperante sæuierit. Credo, diuinitus attributum, vt dum mundi lex, seu natura aliunde quid hominibus incognitum gignit, rectorum consiliis, tanquam medicinæ remediis, leniatur. Is propinquum suum Lucium Annium Verum, ad imperij partem nouo beneuolentiæ genere adsciuit. Qui,

Verus inter Altinum atque concordiam iter faciens, ictu sanguinis, quem morbū Græci ἀποπληξίαν vocant vndecimo imperij anno extinctus est: carminum, maximè tragicorum, studiosus, ingenij asperi, atque lasciui.

M. ANTONINVS.

Cognomento Philosophus dictus,

Post cuius obitū. M. Antonius rempub. solus tenuit, à principio vita trāquillissimus, adeò vt ab infātia vultū nec ex gaudio, nec ex mœrore mutauerit: Philosophiæ studēs, literarūque Græcorū peritissim⁹. Hic permisit viris clarioribus, vt conuiuia eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhiberent. Hic cùm ærario exhausto, largitiones, quas militibus impēderet, non haberet, neque indicere prouincialibus, aut senatui aliquid vellet, instrumentum regis cultus, facta in foro Traiani sectione, distraxit, vasa aurea, pocula crystallina, & murrhina, vxoriā ac suam sericam & auream vestem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menses venditio habita est, multúmque auri redactum. Post victoriam tamen emptoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerant. Molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. Huius tempore Cassius tyrannidē arripiens, extinctus est. Ipse vita anno LIX. apud Vendobonā morbo cōsumptus est. De eius morte nūtio Romā peruecto, cōfusa luctu publico vrbe, Senatus in curia veste terra amictus, lacri-

mans, conuenit: & quod de Romulo ægre creditum est, omnes pari sensu præsumpserunt, Marcum cælo receptum esse: ob cuius honorem templa, columnæ, multáque alia decreta sunt.

COMMODVS

AVrelius Commodus M. Antonini filius, Antonius & ipse dictus, imperauit annos XIII. Hic qualis futurus esset, in ipso primordio ostendit. Nam cum in supremis moueretur à parente attritos iam Barbaros, ne permittere vires recipere respondit, Ab incolumi, quamuis paulatim, negotia perfici posse, à mortuo verò nihil. Sæuior omnibus libidine atque auaritia, crudelitate, nulli fidus: magísque in eos atrox quos amplissimis honoribus, donísq; ingentibus extulerat. In tantum deprauatus, vt gladiatoris armis sæpissimè in amphitheatro dimicauerit. Hunc Martia generis libertini, forma tamē, meretritiisque artibus pollēs, cùm animum eius penitus deuinxisset, egresso è balneo, veneni poculum obtulit. Ad extremum ab immisso validissimo palæstrita, compressis faucibus expirauit, anno vitæ tricesimo secundo. Hostia deorum, parricidia senatus. Lamprid.

HELVIVS PERTINAX.

HEluius Pertinax Imperauit dies LXXXV. Iste coactus imperauit, repugnánsq; imperium suscipiens, tale cognomentum sortitus est, Origine gentis sordida, præfecturam vrbi agēs, imperator effectus, scelere Iuliani multis vulneribus

neribus obtruncatur, annos natus VII. atque LX. Cuius caput tota urbe circumuectū est. Hoc exitu obiit vir ad humanæ cōuersationis exemplum per laboris genera uniuersa absumptus, prouectus eò, ut FORTVNAE vocaretur PILA. Nā libertino genitus patre apud Ligures, in agrosqualido Lolij Gentiani, cuius in præfectura quoq; clientem se esse libētissimè fatebatur. Fuit doctor literarum, quæ à grammaticis traduntur blādus magis, quam beneficus: unde eū Græco nomine χρηστολόγον appellauere. Nūquam iniuria accepta ad ulciscendum ductus: amabat simplicitatem: communem se affatu, cōuiuio, incessu præbebat. Huic mortuo diui nomē decretum est: ob cuius laudē ingeminatis ad usque defectum plausibus acclamatum est: PERTINACE IMPERANTE SECVRI VIXIMVS, NEMINEM TIMVIMVS, PATRI PIO, PATRI SENATVS, PATRI OMNIVM BONORVM.

Fortunæ pila.

Chrystologus.

DIDIVS IVLIANVS.

Didius Iulianus ortu Mediolanēsis, imperauit mensibus VII. vir nobilis, iure peritissimus, factiosus, præceps, regni auidus. Hoc tēpore Niger Pescennius apud Antiochiā, in Pannonia Sabaria Septimius Seuerus creātur Augusti: ab hoc Seuero Iulianus in abditas palatij balneas

balneas ductus. excisa damnatorum modo ceruice, decollatur, capútq; eius in Rostris ponitur.

SEPTIMIVS SEVERVS

Septimius Seuerus imperauit annis XVIII. *Hic* Pescenniũ* *interemit, hominem omniũ turpitudinum. Sub eo etiam Albinus, qui in Gallia se Cæsarem fecerat, apud Lugdunũ occiditur. Hic Seuerus filios suos, successores suos reliquit, Baßianum & Getam. Hic in Britannia vallum per* XXXII. *passuum millia à mari ad mare deduxit. Fuit bellicosißimus omnium, qui ante eum fuerunt. Acer ingenio, ad omnia, quæ intendisset, in finem perseuerans. Beneuolentia quò inclinasset mirabili ac perpetua: ad quærendum diligens ad largiẽdum liberalis: in amicos, inimicósq. pariter vehemẽs. Quippe qui Lateranum Chilonem, Annulinum Bassum, cæterósque alios ditaret: ædibus quoq. memoratu dignus, quarum præcipuas videmus, Parthorum quæ dicuntur ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo permisit honores venundari. Latinis literis sufficiẽter instructus, Græcis sermonibus eruditus, Punica eloquentia promptior: quippe genitus apud Leptim prouinciæ Africæ. Is dũ membrorum omnium, maximè pedum dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimæ carnis, auidus inuasit: quem cum conficere non posset, cruditate pressus expirauit. Vixit annos* LXV.

* Priscennium.

Afrum quiddam sonans vsque ad senectutem Spa-

ANTONINVS CARACALLA.

AVrelius Antoninus Basianus Caracalla Seueri filius, Lugduni genitus imperauit solus annos VI. Hic Basianus ex aui materni nomine dictus est. At cum è Gallia vestem plurimam deuexisset, talaresq; Caracallas fecisset, coegissetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiusce vestis Caracalla cognominatus est. Hic fratrem suum Getam peremit. Ob quã causam furore pœnas dedit. Dirarum insectatione quæ non immeritò VLTRICES vocãtur: à quo post furore cõualuit. Hic corpore Alexandri Macedonici cõspecto. Magnum atque Alexandrum se iußit appellari, assentantium fallacia eò perductus, ut truci fronte, & ad læuum humerum conuersa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens, fidẽ vultus simillimi persuaderet sibi. Fuit impatiens libidinis, quippe qui nouercam suam* duxit uxorem. Cùm Carras iter faceret, apud Edessum secedens* ad officia naturalia, à milite, qui quasi ad custodiã sequebatur, interfectus est. Vixit annos ferè triginta. Corpus eius Romam relatum est.

Diræ vltrices.

*Iuliam

*ad vesicã leuandam.

Alij 43. an. vixisse scribunt.

OPILIVS MACRINVS, ET DIADVMENVS.

MAcrinus cũ Diadumeno filio ab exercitu imperatores creati, imperauerũt mens-

ses XIIII. & ab eodem exercitu obtruncantur, pro eo, quia Macrinus militarẽ luxuriam, stipendiáque profusiora comprimeret.

AVRELIVS HELIOGABALVS.

AVrelius Antoninus Varius, idẽ Heliogabalus dictus, Caracallae ex Semea consobrina occultè stuprata filius, imperauit biẽnio & mensibus VIII. Huius matris Semeae auus Bassianus nomine fuerat, * Solis sacerdos, quem Phœnices, vnde erat, Heliogabalũ nominabãt. A quo iste Heliogabalus dictus est. Is cũ Romã ingẽti militũ & senatus expectatione venisset, probris se omnibus cõtaminauit. Cupiditatẽ stupri, quàm adsequi natura defectu non poterat, in se cõuertẽs, muliebri nomine Bassianã se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalem virginem quasi matrimonio iungens suo, abscessisq; genitalib⁹, matri se Magnae sacrauit. Hic Marcellũ, qui post Alexãder est dictus, cõsobrinũ suum Caesarẽ fecit. Ipse tumultu militari interfectus est. Huius corp⁹ per vrbis vias more canini cadaueris à milite tractũ est, militari cauillo appellãtiũ, INDOMITAE ET RABIDAE LIBIDINIS CATVLAM. Nouissimè cum angustum foramẽ cloacae corpus minimè reciperet, vsque ad Tiberim ductum, adiecto pondere, ne vnquam emergeret, in fluuium proiectum est. Vixit annis XVI. atque ex rebus, quae acciderant, Tiberinus Tractitiusque appellatus est.

Varius, quòd vario semine natus.

* Iouis.

Per pontẽ Æminium cum matre Sconide.

SEVERVS ALEXANDER.

SEuerus Alexãder imperauit annos XIII. *Hic bonus reipublicæ, fuit ærumnosus. Sub hoc imperãte Taurinus Augustus effectus est. ob timorem ipse se Euphrati fluuio obiecit. Tũc etiam Maximinus regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. Alexander verò cùm de feri semet à stipatoribus vidisset, matrem sibi causam fuisse mortis exclamans, accurrẽti percussori, obuoluto capite, ceruices suas validè compressas præbuit, anno vitæ* *XXVI. *Huius mater Mammea eò filium coëgerat, vt illa ipsa, quamuis permodica, si mensæ prandióq; superessent, alteri conuiuio reponerentur.*

* XXIX.

IVLIVS MAXIMINVS.

IVlius Maximinus Thrax è militaribus, imperauit annis III. *Is dũ persequitur pecuniosos, insontes pariter, noxiósq;, apud Aquileiam seditione militũ discerptus est: unà cùm filio, clamãtibus cũctis militari ioco*, EX PESSIMO GENERE NE CATVLVM HABENDVM. *Huius imperio duo Gordiani pater & filius principatum arripientes, unus post unum interiere. Pari etiam tenore Pupienus & Balbinus regnum inuadentes perempti sunt.*

GORDIANVS.

GOrdianus nepos Gordiani ex filia, ortus Romæ clarißimo patre, imperauit annos VI. *apud Ctesiphontẽ, à Philippo præfecto prætorio*

terio accensis in seditionem militibus occiditur, anno vitæ XIX. Corpus eius prope fines Romani, Persicique imperij positum nomen loco dedit. Alij XXXII.

SEPVLCHRVM GORDIANI.

PHILIPPVS.

MArcus Iulius Philippus imperauit annos V. Veronæ ab exercitu interfectus est, medio capite supra ordines dentium præciso. Filius autem eius C. Iulius Saturninus, quem potentiæ sociauerat, Romæ occiditur, agens vitæ annum XII. adeò seueri & tristis animi, vt iam tum à quinquenni ætate, nullo prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit: patrémque ludis secularibus petulantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, vultu notauerit auersato. Is Philippus humillimo ortus loco fuit, patre nobilissimo latronum ductore. Millesimo anno ab Vrbe condita.

DECIVS.

DEcius è Pannonia inferiore Bubaliæ natus imperauit menses XXX. Hic Decium filium suum Cæsarem fecit: vir artibus cunctis, virtutibúsque instructus, placidus, & communis domi, in armis promptissimus. In solo barbarico inter confusas turbas, gurgite paludis summersus est: ita, vt nec cadauer eius potuerit inueniri. Filius verò eius bello extinctus est. Vixit annos quinquaginta. Huius temporibus, Valens Licinianus imperator effectus est. Affecti martyrio Fabianus & Cornelius pontifices Rom.

VIBIVS GALLVS.

* Volesiano & mensibus octo.

*Vibius Gallus cùm * Volusione filio imperauerūt annos II. Horū temporibus Hostilianus Perpenna à Senatu imperator creatus, nec multò pòst pestilentia cōsumptus est. Sub his etiam Aemilianus in Mœsia imperator effectus est: contra quem ambo profecti, apud Interamnam ab exercitu suo caeduntur, anno aetatis pater VII. circiter & XL. creati in insula Menynge, quae nūc Girba dicitur. Aemilianus verò menses IIII. dominatus, apud Spoletium, siue Pontē, quē ab eius caede Sanguinariū accepisse nomen ferunt, inter Ocriculum, Narniamq; & Spoletiū, & vrbem Romam regione media positum. Fuit autem genere Maurus, pugnax, nec tamen praeceps. Vixit annis IIII. minus L.*

LICINIVS VALERIANVS,

Licinius Valerianus cognomento Colebius, imperauit annos XV. parētibus ortus splendidissimis, stolidus tamen & multum iners, neque ad vsum aliquem publici officij, consilio, seu gestis accommodatus. Hic filium suum Galienum Augustum fecit, Galienúq; filium Cornelium Valerianum Caesarem, His imperantibus, Regilianus in Mœsia, Cassius Sabinus posthumus in Gallia, Galeni filio interfecto, imperatores effecti sunt. Pari modo Aelianus apud Moguntiacum in Aegypto Aemilianus, apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatum

minatum innescere. Valerianus verò in Mesopotamia bellum gerens, à Sapore, Persarum rege superatus, mox etiam captus, apud Parthos ignobili seruitute consenuit. Nam quandiu vixit, rex eiusdem prouinciæ, incuruato eo pedem ceruicibus eius imponens, equum conscendere solitus erat.

GALIENVS.

Galienus quidem in locũ Cornelij filij sui Saloninũ alterum filiũ subrogauit, amori diuerso pellicum deditus, Salonina cõiugis & concubinæ, quam per pactionem concessa parte superioris Pannoniæ, à patre Marcomannorum rege, matrimonij specie susceperat, Pipam nomine: Nouissimè aduersus Aureolum profectus est. Quem cùm apud Põtem, qui ex eius nomine Aureolus appellatur, obtentum, detrusúmque Mediolanum obsedit, eiusdem Aureoli cõmento à suis interiit. Regnauit annos XV. cùm patre VII. & solus VIII. vixit annos L. LXX ann. maior mortuus est. Nec integris.

CLAVDIVS.

Claudius imperauit annos II. Hũc plerique putant Gordiano satum, dum adolescens à muliere matura instituaretur ad vxorem. Hic Claudius Galeni morientis sententia imperator designatus, ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium adiumenta regia dixeras, extinctóque à suis Aureolo, receptis regionibus, aduersum aciem Alemãnorum haud

Primus Gothorum arma imperiúq. repressit.

procul à lacu Benaco dimicans, tantam multitudinem fudit, vt agrè pars dimidia superfuerit. His diebus Victorinus regnum cepit. Claudius verò, cum ex fatalibus libris, quos inspici praeceperat, cognouisset, sententia in senatu dicenda, primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente, ipse vitam suam haud passus responsa frustrari dono reipub. dedit praefatus neminem tanti ordinis primas habere, nisi ipsum Imperatorem. Ea res sic erat cunctis grata, vt non diui vocabulum modo, sed ex auro statuam prope ipsum Iouis simulacrum, atque in curia imaginem auream proceres sacrauerint.

QVINTILLVS.

XVII. dies.

HVic successit frater eius Quintillus. Is paucis diebus imperium tenẽs, interemptus est.

AVRELIANVS.

AVrelianus genitus patre mediocri, &, vt quidam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colono, inter Daciam & Macedoniam: imperauit annis V. mensibus sex. Iste haud dissimilis fuit Magno Alexandro, seu Caesari Dictatori. Nam Romanum orbem triennio ab inuasoribus receptauit, cum Alexander annis XIII. per victorias ingentes ad Indiam peruenerit, & C. Caesar decennio subiecerit Gallos, aduersum ciues quadriennio congressus. Iste in Italia tribus praeliis victor fuit, apud Placentiam.

tiam, iuxta amnem Metaurum, ac faunum fortunæ, postremò Ticinensibus in campis. Huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox à suis obtruncatur. Hoc tẽpore in vrbe Roma monetarij rebellarunt, quos Aurelianus victor vltima crudelitate cõpescuit. Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gemmísq; & aurata omni veste, quòd adhuc ferè incognitũ Romanis moribus videbatur, vsus est. Hic muris validiorib⁹ & laxioribus vrbem sepsit. Porcina carnis vsum populo instituit. Hic Tetricum, qui imperator ab exercitu in Galliis effectus fuerat correctorem Lucaniæ prouexit, aspergens hominem eleganti ioco. Sublimius habendum regere aliquam Italiæ partem, quàm trans Alpes regnare. Nouissimè fraude serui sui, qui ad quosdam militares viros amicos ipsius, nomina pertulit adnotata, falsò manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab iisdẽ interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolim & Heracleam est. Fuit sæuus & sanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij sororis interfector. Hoc tempore VII. mensibus inter regni species euenit. Manu Mucaporis.

TACITVS.

Tacitus post hunc suscepit imperium, vir egregiè moratus, qui ducentesimo imperij die apud Tarsum febri moritur. Caput im

FLORIANVS.

Taciti frater.

Huic successit Florianus. Sed cùm magna pars exercitus equitum Probum militia peritum legisset, Florianus dierum LX. *quasi per ludum imperio vsus, incisis à semetipso venis effuso sanguine consumptus est.*

PROBVS.

Ob præclarissimam vocem occiditur: nō fore opus militibus, cū hostes deessent.
* vites.
* Almam. Vopisc. legit.

Probus genitus patre agresti, hortorum studioso, Dalmatio sanguine imperauit annos VI. *Iste Saturnium in Oriente, Proculum, & Bonosum Agrippinæ imperatores effectos oppressit. *Vineas Gallos & Pannonios habere permisit. Opere militari *Almum montem apud Syrmium, & Aureum apud Mæsiam superiorem vineis conseuit. Hic Syrmij in turri ferrata occiditur.*

CARVS.

Capitale fere fuit, vltra Ctesiphontem progredi. Vopisc.

Carus Narbonæ natus, imperauit annos II. *Iste confestim Carinum, & Numerianū Cæsares fecit. Hic apud Ctesiphōta ictu fulminis interiit. Numerianus quoque filius eius, cum oculorum dolore correptus in lecticula veheretur, impulsore Apro, qui socer eius erat, per insidias occisus est. Cùm dolo occultaretur ipsius mors, quousque Aper inuadere posset imperium, fœtore cadaueris, scelus est proditum. Hinc Sabinus Iulianus inuadens imperium, à Carino in cāpis Veronēsib⁹ occiditur. Hic Carinus omnibus se sceleribus inquinauit, pluri-*

mus

mos innoxios fictis criminibus occidit: matrimonia nobilium corrupit: condiscipulis quoque, qui eum in auditorio verbi fatigatione taxauerant, perniciosus fuit. Ad extremum trucidatur eius præcipuè Tribuni dextera, cuius dicebatur coniugem polluisse.

DIOCLETIANVS.

Diocletianus Dalmata, Anulini senatoris libertinus, matre pariter atq; oppido nomine Dioclea, quorum vocabulis, donec imperium sumeret, Diocles appellatus. Vbi orbis Romani potentiam cœpit. Graium nomen in Romanum morē conuertit, Imperauit annis XXV. Is Maximianum Augustum effecit, Constantium & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, Cæsares creauit, tradens Constantio Theodoram Herculij Maximiani priuignā abiecta vxore priori. Hoc tēpore Carausio in Galliis Achilleus apud Aegyptum, Iulianus in Italia imperatores effecti, diuerso exitu periere. E quibus Iulianus acto per costas pugione, in ignem abiecit se. Diocletianus verò apud Nicomediam sponte imperiales fasces relinquens, in propriis agris cōsenuit. Qui dum ab Herculio atq; Galerio ad recipiendū imperiū rogaretur, tanquā pestem aliquam detestans in hunc modum respondit: Vtinam Salone possetis visere holera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum indicaretis. Vi-

Alij lxx-viij. ann. vixisse scrib.

xit annis LXVIII. ex quibus communi habitu propè nouem egit. Morte consumptus est, vt satis patuit, per formidinem voluntariam. Quippe cùm à Constantino atque Licinio vocatus ad festa nuptiarum per senectam, quo minus interesse valeret, excusauisset, rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauisse, ac Maximino fauere, suspectans necem dedecoresam, venenũ dicitur hausisse. His diebus Constantius Constantini pater, atque Armentarius, Cæsares Augusti appellãtur. Creatis Cæsaribus Seuero per Italiam, Maximino Galerio sororis filio per Orientem eodémque tempore Constantinus Cæsar efficitur. Maxentius imperator in villa VI. millibus ab vrbe discreta itinere Lauicano. dehinc Licinius Augustus efficitur, paríque modo Alexander, apud Carthaginẽ Imperator fit: similéque modo Valens Imperator creatur, quorum exitus iste fuit: Seuerum ab Herculio Maximiano Romæ ad tabernas extinguitur, funúsq; eius Galeni sepulcro insertus: quod ab vrbe abest per Appiam millibus IX.

GALERIVS MAXIMIANVS.

Galerius Maximianus consumptis genitalibus defecit. Maximianus Herculius à Cõstãtino apud Massiliã obsess[9], deinde capt[9], pœnas mortis genere postremò fractis laqueo ceruicibus, luit. Alexãder à Cõstãtini exerci-

tu iugulatur. Maxentius dū aduersus Constantinū congreditur, paulò superius à ponte Miluio in pontem nauigiis compositum, ab latere ingredi festinans, lapsu equi in profundum demersus est, voratúmq; limo pondere thoracis corpus vix repertum. Maximinus apud Tarsum morte simplici periit. Valens à Licinio morte mulctatur. Fuerunt autem morū huiusmodi. Aurelius Maximianus, cognomento Herculius ferus natura, ardens libidine, cōsiliis stolidus, ortu agresti, Pānonioque. Nam etiam nunc haud longè Syrmio eminet locus palatio ibidem constructo, vbi parētes exercebāt opera mercenaria. ætate interiit sexagenarius, annorū xx. imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium, & Faustam cōiugem Constantini: cuius patri Constantio tradiderat Theodorā priuignam. Sed Maxentium suppositum ferunt arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio præuisimi cœpti à puero. Is Maximianus charus *nulli vnquam fuit nec patri, aut socero quidem Galerio. Maxentini mors. * nūquam illi.

GALERIVS ARMENTARIVS.

Galerius autem fuit, licet inculta, agrestiq; iustitia, satis laudabilis, pulcher corpore, eximius, & felix bellator, ortus parētibus agrario pastor armentorū, vnde ei cognomē Armentarius fuit. Ortus Dacia Ripensi, ibiq; sepultus est, quem locū Romulianum ex vocabulo Romule matris appellarat. Is insolenter affirmare au-

sus est, matrem more Olympiadis Alexandri Magni creatricis, compressam dracone semen concepisset.

GALERIVS MAXIMINVS.

Galerius Maximinus sorore Armentarij progenitus, veróque nomine ante imperiū *Daza dictus, Cæsar quadriennio, dehinc per Orientem Augustus triennio fuit: ortu quidem atque instituto pastorali, verum sapientissimi cuiusque, ac literatorum cultor: ingenio quieto, vini auidior. Quo ebrius, quædam corrupta mente aspera iubebāt: qui cùm pigeret facti, differri quæ præcepisset, in tempus sobrium ac matutinum statuit.*

*Daza.

Eboraci decessit.

ALEXANDER.

Alexander fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior aduersus laborē vitio senectæ. His omnibus assumptis, imperij iura penes Constantinum & Licinium deuenere.

CONSTANTINVS.

Constātinus Constātij imperatoris & Helenæ filius, imperauit annos triginta. Hic dum iuuenculus à Galerio in vrbe Roma religionis specie, obses teneretur, fugam arripiens, atq; ad frustrandos insequentes publica iumenta quáqua iter egerat, interficiēs, ad patrem in Britanniam peruenit, & forte iisdem diebus ibidem Constantium parentem fata vltima perurgebant. Quo mortuo, cunctis, qui aderant

runt, admitētibus sed præcipuè Eroco Alemannorum rege, auxilij gratia Constantium comitato, imperium capit. Hic sororē suam Constantiam Licinio Mediolanum accito coniūgit, filiumque suum Crispum nomine ex Mineruina concubina susceptum: item Constātinum, iisdem diebus natum, oppido Arelatensi, Licinianū nque Licinij filium, mensium fere viginti, Cæsares effecit. Verumenimuero VT IMPERIA DIFFICILE CONCORDIAM CVSTODIVNT, dissidium inter Licinium Constantinúmque exoritur, primúmque apud Cibalas iuxta paludem, Hiulcam nomine. Constantino noctu castra Licinij irrumpente, Licinius fugam petiit, Byzantiumque fuga volucri perueniens: ibi Martinianum officiorū magistrum Cæsarem creat. Dehinc Constantinus acie potiùs, apud Bythiniam adegit Licinium, pacta salute indumentum regium offerre per vxorem: inde Thessalonicam missum, paulò post eum, Martinianumque iugulari iubet. Hic Licinius annum dominationis ferè post XV. vitæ proximè LX. occiditur, auaritiæ cupidine omnium pessimus, neque alienus à luxu venereo, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus literarum, quas per inscitiā immodicā, virus ac pestem publicam nominabat, præcipuè forensem industriam. Agraribus planè ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus, altúsque erat, satis vtilis,

lis, ac militiæ custos, ad veterum instituta seuerissimus: PADONVM ET AVLICORVM OMNIVM VEHEMENS DOMITOR, TINEAS SORICESQVE PALATII EOS APPELLANS. *At Constantinus obtento totius Romani imperij mira bellorum felicitate regimine, Fausta coniuge vt putant suggerente, Crispum filium necari iubet. Dehinc vxorem suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit, cùm eum mater Helena dolore nimio nepotis increparet. Fuit verò vltrà quàm æstimari potest, laudis auidus. Hic Traianum* HERBAM PARIETARIAM *ob titulos multos ædibus inscriptos, appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit: habitum regium gemmis, & caput exornans, perpetuo diademate commodissimus tamen rebus multis fuit: calumnias sedare legibus seuerissimis, nutrire artes bonas, præcipuè litterarum: legere ipse, scribere, meditari legationes, & querimonias prouinciarum. Cumque liberis filióque fratris Damaltio Cæsaribus confirmatis,* III. & LX. *annos vixisset, ex quibus dimidios, ita vt* XIII. *solus imperaret, morbo consumptus est, irrisor potiùs quàm blandus. Vnde prouerbio vulgari, Tracala decem annos præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem nouissimis pupillus ob profusiones immodicas nominatus. Corpus sepultum in Byzantio,*

Tineas & sorices, aulicos vocabat.

Herba parietaria.

Constanti

Constantinopoli dicta: quo mortuo, Dalmatius militũ vi necatur. Ita ad tres orbis Romani dominatio redacta est. Constantinũ & Cõstantem, filios Constantini. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Constantinus iunior cuncta trans Alpes, Cõstantius à freto Propõtidis, Asiam atque Orientem: Constans Illyricum, Italiámque & Africam, Dalmatiam, Thraciam Macedoniámque & Achaiam. Nicomedia obiit. Eutropius.

*ANNIBALIANVS, CONSTANS ET CONSTANTIVS.

*Constantinus.

Annibalianus, Dalmatij Cæsarij consanguineus, Armenos nationésque circum socias. Interim ob Italiæ Africæq; ius dissensione sta im Constantinus & Constans cœperunt, Constantinus latrocinij specie dum incautus, fœdéque temulentus in aliena irruit, obtruncatus est, proiectúsque in fluuiũ, cui nomen Alsa est, non longè ab Aquileia. Cõstans verò venãdi cupidine ductus, dum per syluas, saltúsque erraret, conspirauere aliquanti militares in eius necem autoribus Chrestio & Marcellino simul que Magnẽtio, qui vbi patrãdi negotij dies placuit, Marcellinus natalẽ filij simulans, plerosq; ad cœnã rogat. Itaque in multam noctẽ cõuiuio celebrato, Magnentius quasi ad vẽtris secreta secedens, habitum venerabilem capit. Ea re cognita Ad Aquileiam.

gnita, Constans fugere conatus, apud Helenam oppidum Pireneo proximũ, à Gaisone cum lectissimis misso, interficitur anno XIII. *Augustæ dominationis: nam Cæsar triennio fuerat, aui septimo vicesimóque. Hic fuit debilis pedibus manibúsque articulorũ dolore, Fortunatus cæli temperie: fructuum prouentu, nulla à Barbaris formidine: quæ profectò maiora fierent, si prouinciarum rectores non pretio, sed iudicio prouexisset. Huius morte cognita, Vetranio magister militum, imperium in Pannonia apud * Mursiam corripuit: quem Constantius non post multos dies regno exuit, grandæuæ ætati non vitam modò, sed etiam voluptarium otium concedens. Fuit autem propè ad stultitiam simplicissimus.*

* Mussiũ. Vixit annis XL. regnauit autẽ XXIIII.

CONSTANTIVS.

Constantius Gallum fratrẽ patruelẽ, Cæsarem pronunciat, sororem Constantinam illi cõiungens: Magnentius quoq; Decentium consanguineum suum trãs Alpes Cæsarẽ creauit. His diebus Romæ Nepotianus Eutropiæ Cõstantini sororis filius, hortantib. perditis, Augusti nomen rapit: quem octauo die vicesimoq; Magnẽtius oppressit. Hoc tempore Constãtius cũ Magnẽtio apud Mursiam dimicãs vicit: in quo bello pene nunquã amplius Romanæ cõsumptæ sunt vires, totiusq; imperij fortunæ pessumdatæ. Dehinc cum se Magnentius in Italiam

recepisset,

recepisset, apud Thiceanum plures fudit, incautius, & ut in victoria solet, audacius persequentes. Nec multò pòst apud Lugdunũ coangustatus gladio occultè promisso, ictũ pulsi parietis imitãs, transfosso latere, ut erat vasti corporis, vulnere, naribúsq & ore cruorem effundens, mense imperij XLII. ætatis anno propè L. expirauit: ortus parentibus barbaris, qui Galliã inhabitant: legendi studio prõptus, sermonis acre, animi timidi, & immodicè timidus: artifex tamẽ ad occultãdam audaciæ specie formidinem. Eius morte audita, Decentius laqueo fasciæ ad collũ posito, vitam finiuit. Hoc tẽpore Gallus Cæsar à Cõstantino occiditur. Imperauit annos IIII.

Mabnentius in se manus vertit.

Decentius Cæsar laquei morte præpostera vitam finit.

SYLVANVS.

Sylvanus imperator effectus die imperij vigesimo octauo perimitur. Fuit ingenio blãdissimus, quanquàm barbaro patre genitus: tamen institutione Romana satis cultus, & patiens.

CONSTANTIVS.

Constantius Claudium Iulianum, fratrem Galli honore Cæsaris adsumit, annos natum ferè tres atque viginti. Iste in campis Argentoratensibus apud Gallos cum paucis militibus infinitas hostium copias delevit. Stabant aceruí montium similes, fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Chonnodomarius. fusi omnes optimates, redditus limes Romanæ pos-

sessionis: ac postmodum cum Alemannis dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit. Hic à militibus Gallicanis Augustus pronuntiabatur. Hic Constantius urgere legationibus, ut in statum nomenque pristinum reuertatur

IVLIANVS.

IVlianus mandatis mollioribus, refert se sub nomine Celsi imperij multo officiosius pariturũ. Hunc Constantius magis magisq; ardẽs dolore, atq. ut erat talium impatiens, in radicibus Tauris montis apud Mopsocrenem febri acerrima, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit. anno æui IIII. & XL. imperij IX. atque XXX. verum Augustus IIII. XXq; octo, solus, cum fratribus atque Magnentio XVI. XV. Cæsar. Felix bellis ciuilibus, externis lacrymabilis, mirus artifex in sagittis: à cibo vinóque & somno multum intemperans, patiens laboris, facũdiæ cupidus: quam cum adsequi tarditate ingenij non posset, aliis inuidebat. Spadonum aulicorum amori deditus, & uxorum quibus contentus, nulla libidine transuersa, aut iniusta polluebatur. Sed ex coniugibus, quas plurimas sortitus est, præcipuè Eusebiam dilexit: decoram quidem, verùm per Armãcias, & Gorgonias, & alia importuna ministeria vexantem famam viri, contrà quàm fæminis modestioribus mos est, quarum sæpe præcepta ma-

Vxores quales sint

rites

ritos iuuant. Namq; vt cætera omittam, Pōpeia Plotina incredibile dictu est quāto auxerit gloriam Traiani, cuius procuratores cū prouincias calumniis agitarent, adeò vt vnus ex iis diceretur locupletiū quemq; ita conuenire, Quæ habes ad mensam? alter, Vnde habes? tertius, Pone quæ habes? illa coniugem corripuit: atque increpans quod laudis esset incuriosus, talē reddidit, vt postea exactiones improbās & detestās, FISCVM LIENEM VOCARENT, *quod eo crescente artus reliqui tabescant. Igitur Iulianus redacta ad vnū se orbis Romani curatione gloriæ nimis cupidus in Persas proficiscitur. Illic à transfuga quodā in insidias deductus cùm eum hinc, inde Parthi vrgerent, è castris iam positis, arrepto tantum clypeo procurrit. Cumque inconsulto ardore nititur ordines ad prælium componere, ab vno ex hostibus, & quidem fugiente, conto percutitur: relatusque in tabernaculum, rursúsque ad hortandos suos egressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis fere medium defecit: præfatus, consulto sese de imperio nihil mandare, ne vti solet, in multitudine discrepantibus studiis amicorum, ex inuidia reip. discordia exercitus periculum pararet. Fuerat in eo literarum ac negotiorum ingens scientia: æquauerat philosophos & Græcorum sapientissimos: vsu promptior corporis, quàm validior quidem, sed breuis fuit. Hæc minuebat quarundam rerum ne*

Fiscum lienem dixit Traianus

glectus modus. Cupido laudis immodica, cultus numinum superstitiosus, audax plus quam imperatorem decet: cui salus propria, cùm semper ad securitatem omnium, tum maximè in bello

Scripsit hic in Christianos.

conseruanda est. Ita illum cupido gloriæ flagrantior peruicerat, ut neque terræ motu, neque plerisque præsagiis, quibus vetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori, ac noctu quidem visus ingens globus cælo labi diem belli cautum præstiterit.

IOVIANVS.

An. M. CIX. ab Vrb. cond.

IOuianus genitus patre Varroniano, incola agri Singidonensis prouinciæ Pannoniæ, imperauit menses VIII. Eius patri, cùm liberos crebros amitteret, præceptũ somnio est, eum qui iam instante uxoris partu edendus foret, diceret Iouianum. Hic fuit insignis corpore, letus ingenio, literarum studiosus. Hic dum à Perside hyeme aspera mediáque Constantinopolim accelerans, cruditate stomachi, tectorio noui operis grauatus esset, repentè interiit annos gerens proximè XL.

VALENTINIANVS.

VAlentinianus imperauit annis XII. minus dibus C. Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas Funarius appellatus est, eò quod venalitiũ funẽ portãti, quinque milites nequirẽt extorquere, eo merito adscitus

Cur Funarius dictus.

in militiã, vsque ad præfecturã prætorianã potentem

tentiam conscendit, Ob cuius apud milites commendationem. Valentinianoimperium resistenti aggeritur. Hic Valentem consanguineum suum sibi socium in imperio asciuit, ac demũ Gratianum filium, necdum plenè puberem, hortatu socrus & uxoris Augustum creauit. Hic Valẽtinianus fuit vultu decens, solers ingenio, animo grauis, sermone cultißimus. Quanquam enim ad loquendum parcus, seuerus, vehemens, infestus tamen vitiis, maximéque auaritiæ: cuius punitor ipse fuit acer: & in iis quæ memoraturus sum, Adriano proximus: Genera vetustißimorũ meminisse, noua arma meditari, fingere terra seu limo simulacra, prudenter vti locis, temporibus, sermonibus, atque, vt breuiter concludam, si ei infidis hominibus, quib⁹, sese quasi fidißimis prudentißimisque dederat, carere: aut probatis eruditisq; monitoribus vti licuisset, perfectus haud dubiè princeps enituisset. Huius tempore Firmus apud Mauritaniam regnum inuadẽs, extinguitur. Valentinianus apud Bergentionem legationi Quadorum respondens, anno aui V. & L. impetu sanguinis, voce amissa, sensu integer expirauit. Quod quidem intemperantia cibi ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse plures retulere. Itaque eo mortuo, Valentinianus adhuc quadriennis, autore Equitio ac Merobaude propinquo, vbi cum matre fuerat allatus, creatus est imperator. Constantinopoli.

VALENS.

Valens unà cùm Valentiniano germano suo, de quo diximus, regnauit annos XIII. *menses* V. *Hic Valens cum Gotthis lacrymabili bello commisso, sagittis saucius in casam deportatur vilissimam: ubi superuenientibus Gotthis igniqué supposito, incendio concrematus est, in quo probãda hæc fuere: Fuit possessoribus consultor bonus, mutare iudices rarius, in amicos fidus, irasci sine noxa, ac periculo cuiusquam sanè valde timidus. Huius temporibus Procopius tyrannidem inuadens extinguitur.*

GRATIANVS.

Ann. ab vrbe M. CXXXII.

Gratianus genitus Syrmij, imperauit cum patre Valentiniano annos VIII. *dies* LXXXV. *cum patruo & fratre* III. *cum eodem fratre ac Theodosio* IIII. *& cum his omnibus accedente Arcadio menses* VI. *Hic apud Argentarium oppidum Galliæ,* XXX. *Alemannorum millia in bello extinxit. Hic cùm animaduertisset, Thraciam Daciamque, tanquam genitales terras, possidentibus Gotthis Taifalis, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis & Alanis, extremum periculum instare nomini Romano, accito ab* Hispania *Theodosio, cunctis fauentibus, agenti annum à tricesimo tertiũ, imperium committit. Fuit autem Gratianus literis haud mediocriter institutus, carmen facere, ornatè loqui, explicare controuersias rhetorum more.*

Nihil

Nihil aliud die noctúq. agere quã spiculis meditari. summaq. voluptate, diuinaq. artis crede re, ferire peritè sibi destinata: parcus cibi somnique: & vini, ac libidinis victor: cunctísq. fuisset plenus bonis, si ad cognoscendam reip. gerendæ scientiam animum intendisset: à qua propè alienus, nõ modò volũtate, sed etiam exercitio fuit. Nam dum exercitum negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingẽti auro ad se transtulerat, anteferret veteri ac Romano militi, adeóq. Barbarorum comitatu & propè amicitia capitur, ut nõnunquam eodẽ habitu iter faceret, odia cõtra se militũ excitauit. Hoc tempore cum Maximus apud Britanniam tyrannidem arripuisset, & in Galliam transmisisset ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Gratianum fugauit, nec mora extinxit: qui vixit annis XXXVIII.

Floruit hoc tempore diuus Hieronymus & Martinus

THEODOSIVS.

THeodosius genitus patre Honorio, matre Thermantia, genere Hispanus, originẽ à Traiano principe trahens, à Gratiano Augusto apud Syrmium imperator effectus, regnauit annos XVII. Huic ferunt nomen somnio parentes monitos sacrauisse, ut Latinè intelligamus, à Deo datum. De hoc etiam oracula in Asia diuulgatum est, eum Valenti successurum, cuius nomẽ è θ, & ε, & ο atq δ, Græcis literis initiaretur. Qua cognatione principij deceptus Theodorus, cũ n sibi imperium præsumeret, scele-

stæ cupidinis supplicia persoluit. Fuit autē Theodosius propagator reipub. atque defensor eximius. Nam Hūnos & Gotthos, qui eā sub Valente defatigassent, diuersis prælijs vicit: cū Persis quoque petitus, pacē pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianum interfecerat, & sibi Gallias vindicabat, apud Aquileiam extinxit. Victorémque eius filium, intra infantia annos à Maximo patre Augustum factum, necauit. Eugenium quoque tyrannum, atq. Arbogastē, superauit. deletis eorum decem millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius cōfisus viribus. Arbogastis, postquam apud Viennā Valētinianum extinxerat, regnum inuasit, sed mox simul cum vita imperium perdidit. Fuit autem Theodosius moribus et corpore Troiano similis, quantum scripta veterum, & pictura edocent: sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, os absque eo quòd illi aliquantum vellēdo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tātúsq. flos in facie, seu tanta dignitas in incessu. Mens verò prorsus similis, adeò vt nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors, communis, solo habitu differre se cæteris putās: in omnes homines, honorificus, verū effusus in bonos: simplicia ingenia æquè diligere, erudita mirari sed innoxia: largiri magnanimo magna: amare ciues, vel priuato cō. ubi fa-
nis

mio cognitos, eósque honoribus, pecunia, beneficiis cæteris munerari, præsertim quorum erga se aspero casu officia probauerat. Illa tamē quibus Traianus aspersus est, vinolentiam & cupidinem triūphandi, vsque eò detestatus est, vt bella nō mouerit, sed inuenerit: prohibuerítque lege ministria lasciua, psaltriásque comessationibus adhiberi: tantum pudori tribuens & cōtinentiæ, vt consobrinarū nuptias vetuerit, tanquam sororum. Literis si multum perfectos contēplemur, mediocriter doctus, sagax planè, multúmq. diligēs ad cognoscenda morū gesta: è quibus non desinebat exsecrari quorum facta superba, crudelia libertati infesta legerat, vt Cynnā, Mariū, Syllámq. atque vniuersos dominātium, præcipuè tamē perfidos & ingratos. Irasci sanè rebus indignis, sed flecti citò. vnde modica dilatione emolliebantur aliquando seuera præcepta. Habuítq. à natura munere quod Augustus à philosophiæ doctore didicerat: qui cū vidisset eū facilè commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit, vt vbi irasci cœpisset, quatuor atq. viginti Græcas literas memoria recenseret, vt illa concitatio, quæ momēti est, mente aliò traducta, parui temporis interiectu languesceret. Melior haud dubio, quod est rara virtutis, post auctam annis potētiam regalē, multóq. maximè post ciuilem victoriam. Nam & annonæ curā solicitus attendere, & auri argentíq. grāde pondus

sublati atque expensi à tyranno, multu è suo restituere, cum benigni principum, & quidem vix fundos solerent nudos, ac deformata prædia concedere. Iam illa minutiora, &, ut dicitur, intra aulam: quæ quidem quia occulta sunt, magis natura hominum curiosa oculos auresque ad se trahunt. Patruum colere, tanquam genitorem, fratris mortui, sororisque liberos habere pro suis, cognatos affinésque parentis animo complecti: elegans lætumque conuiuium dare, non tamen sumptuosum, miscere colloquia pro personis, studio dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo, blandus pater, concors maritus. Exercebatur neque ad illecebras, neque ad lassitudinem: ambulationibus magis, cum esset otium, reficiebat animum. At vescendi continentia valetudinem regebat. Sicque in pace rebus humanis annum agens quinquagesimum, apud Mediolanum excessit: utramque rempublicam utrique, id est Arcadio & Honorio quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Constantinopolim translatum, atque sepultum fuit.

Intra aulá

Floruit diuus Ambrosius.

Hactenus Sextus Aurelius Victor.

IN RELIQVORVM IMPERATORVM VITAM ET MORES EPITOME.

ARCADIVS.



RCADIVS. *Constātinopoli,* Honorius *Roma, diuiso imperio, post patru Theodosij mortē imperāt. Hosce enī viuēs adhuc pater imperij consortes fecerat: & moriens quoniā nondū per ætatē imperio maturi esse videbātur, testamēto imperij administratores sanxit, qui liberorum ætatem adultam supplentes, regni curam gererent. Rufinum Arcadio adiungit,* Honorio *Stiliconem, Gildonem verò Africa præesse voluit. Rufinus primus veterum fidem & sacrosanctum fideicommissi ius violans, clàm missis muneribus, Alarico Gottorum regni contra Arcadium arma sumere suadet, ut sibi Orientis istac via pararet imperium. Re perspecta à militibus auctor tam scelerati consilij Rufinus occiditur. Caianus Rufini sceleris imitator auxilio Gottherum fretus, bellum ciuile mouet: nauali prælio inter* Hellespontum *& Chersonesum*

Rufinus Arcadij tutor occiditur.

Caianus obtruncatur.

victus

victus, dũ fugit, obtrũcatur. Caput eius pilo suffixum Constantinopolim deportatur. Arcadius cù n regnasset annis paulò minus tredecim, vitam cum morte commutat, relicto filio Theodosio, quem, dum viueret, Cæsarem fecerat. Hic socordis ingenij princeps, nec quidquam omnium paterna auitaq; virtutu referens. Eudoxiæ vxori addictus: cum alia multa improbè fecit, tũ Chrysostomum antistitem Constantinop. sanctitatis & eruditionis egregiæ virum, vxori plus æque inseruiens, in exilium misit.

Eudoxia Arcadij vxor.

Chrysostomus in exilium mittitur.

HONORIVS.

Honorius Theodosij filius, patri rebus gerẽdis dissimulis, Romæ eodẽ anno, quo Arcadius Constantinopoli imperat. Gildo Africæ regnũ adeptus, Mascereris* fratris filios necat. Is in Italiã fugiens, acceptis ab Honorio quinque hominũ millibus, fraternas copias delet, ipsiúsq; Gildonis in fuga dẽprehẽsi, milites, quibus mandatũ erat, velo gulam perfregere. Honorius Stiliconi pernicioso tutori (quòd vocatis clã ab eo Vandalis in Galliam, rerum summã voluisset ad Eucherium filium trãsferre, simul & aduersus Alaricum apud Rauennam infeliciter pugnasse sua causa comperisset) successorẽ pariter & interfectorẽ misit. Itaque Romæ in foro Pacis vna cum Eucherio filio, & aliis coniurationis consciis trucidatur. Maximum, Iouinum & Sebastianum de successione in Gallia

* Maecexilis Gildo fratris filios necat.

Strangulatur.

Stilico, vnà cum filio occiditur.

tumul

tumultuantes per Heralium præfectũ è medio sustulit. Postremò Constantinum, qui Gratiano tyranno successit, barbarum hominem Bri. anniam occupantem, apud Arelatensem vrbem opera & studio Constantij Comitis superauit. Huic, quoniam eum virum & domi & militiæ fidum expertus fuerat, Placidiam sororem o im Ataulpho Gothorum regi nuptam matrimonio iunxit. ex qua Valentinianus iunior (qui post Theodosium iuniorem, Arcadij filium, imperauit) natus est. Decessit Romæ cùm annos duos suprà triginta imperasset. Hoc tempore Talmud Iudæorum à duobus Rabinis (Platina autore) componitur: & Franci traiecto Rheno magnam Galliæ partem occupant. Iudæi cum Christianis Alexandriæ confligunt. Talmud Iudęorum.

THEODOSIVS.

THeodosius iunior, Arcadij filius, cum in Oriente imperaret, audita Honorij patrui morte, Valentiniano Cõstantij & Placidæ filio, imperij insignia donat: & cum matre Romã mittit. Aduentus in vrbẽ satis opportunus fuit: Nã Ioannẽ factione Castini Imperatorẽ factum, & Africam sibi vẽdicantẽ, nouos princeps oppressit Gensericus Vãdalorum rex accersitus à Bonifacio, qui de Africa tenẽda desperauerat, post multorũ cædẽ Carthaginem occupat. Ad Aquilonem Bleda & Attila fratres, Hunnorũ reges, Illyricũ & Thraciã, Thermopylas

las vsque deprædantur. Omnia hæc Theodosius maxima gloria tutatus est. Constantinopoli morbo absumptus est, cum imperasset annos duos & triginta. Hoc principe Venetiæ felicibus auspiciis in aquis ædificari cœpere. Nestorius cum sua hæresi, quæ ab auctore Nestoriana postea dicta est, cum Pelagianis, synodo Ephesina damnatur.

Venetiæ in aquis ædificantur. Nestoriana hæresis damnatur.

VALENTINIANVS.

Valentinianus iunior, tertius huius nominis imperator initio Occidētis imperio, pacem ilico cum Genserico Vādalorum rege fecit, certis spatiis Africa inter se diuisa. Non multò pòst Attilam Hunnorum regem ex Pannonia Romam properantem Aetij patricij ductus (quem postea ob affectatæ dominationis suspicionem occidi iussit) in campis Catalaunicis nobili clade repressit. Burgundionum regem afflixit. Magnam temporis partem Rauennæ vixit, quam mœnibus restituit, eiusque præsuli Ioanni vsum pallij cōcessit. Optimus ac clementissimus princeps tandem à Maximo, ciue potentissimo potiunda eius vxoris gratia, vt ait Procopius, occiditur imperij anno trigesimo. Hoc tempore Gensericus Hipponem obsedit: mense III. obsidionis D. Augustinus D. Hieronymi discipulus in illa ipsa vrbe, cuius erat episcopus, obiit annos natus LXXVI. nec vrbis suæ ruinam vidit.

Ingratitudo erga bonos & viros fortes.

MARTIANVS.

Martianus in Oriente Theodosio iuniori, cuius sororem duxerat in matrimonium, successit: quo tempore Valentinianus Italiæ imperabat. Hic quanquam senex & humili genere esset: excellebat tamen rebus gestis & arte militari. Prima stipendia in Lydia fecit. Orientis imperium per nouem fere annos dilapsum, reparauit. Cũ Vãdalis & Parthis fœdus percussit. Attilæ minas compescuit, pacem quo ad eius fieri potuit, coluit: illud sæpe vsurpãs, DVM IN PACE ESSE POSSVMVS, ARMA NON INDVAMVS. Is Traianum Iuliumq; fratres, qui olim superuolantis aquilæ eius caput, auspicium retexerant, viaticoq; iuuerant, statim vt Cæsar dictus est, hunc Constantinopoli, illum Illyrico præfecit. Hoc principe, Calcedonensis IIII. synodus celebrata est aduersus Dioscorũ & Eutychem. Leonis Rom. pontificis iussu. Pulcheria Arcadij filia in eligendo Cæsare princeps ei fuit, diademáque capiti eius imposuit. Vixit in imperio annos sex cum pace & probitatis opinione.

Martiani dictum celebre.

Chalcedonensis synodus.

Pulcheria Arcadij Cæsaris filia.

LEO I.

Leo primus è gente Græcanica suffragiis ac factione Asparis patricij post Martianum Imperator salutatur. Aspar enim ita cũ Leone conuenerat, vt factus Imperator Ardaburium eius filium adoptaret: quod Leo præ-

stitit. Populus, ubi hæc nouit, Ardaburium unà cum patre interemit. Nonnulli à Leone, velut insidiarum in se autores, interfectos dicunt. Suppetias Anthemio Imperatori Ro. ad expellendos Vandalos tulit. Basiliscum patricium aduersus Gensericum misit, qui eum propulsauit, cum iterum in Italiam irrumpere tentaret. Cum Ostrogothis (qui Illyricum vastabant) fœdus pepigit, eisque Pannoniã, acceptis obsidibus, incolẽdam concessit. Postremò Leonem, sororis suæ ac Zenonis, qui posteà regnauit, filium, successorẽ reliquit. Pacis hic studiosus princeps semper illud in ore promptũ habebat, QVEMADMODVM SOL CVNCTIS, QVÆ ILLVSTRAT, NONNIHIL IMPERTIT CALORIS: SIC PRINCEPS DEBET EOS SVA DIGNARI MISERICORDIA, QVOS CONTVETVR. Tenuit imperium annos sedecim. Byzantium hoc imperante magna ex parte conflagrauit, & Italia perpetuo in motu fuit.

Leonis, pacis studiosi dictum celebre.

LEO II.

LEo Secũdus, qui & iunior, puer ab auo relictus, cũ paucos menses imperasset, Zenoni patri, aut saltem vitrico manibus suis diadema imposuit, patrémque suo loco deinceps imperare iussit.

ZENO.

ZEno Isauricus natione, genere obscurus, faciè deformis, Constantinopoli post Leonem iunior

interiorem imperat, non vt Augustus, sed vt tyrannus. Basiliscū Patricium, imperium inuadere conantem, vnà cum filio in Cappadociam relegat. Theodoricum Ostrogotthorum regem magnopere dilexit: eiq; statuam dicauit; ac in Italiam aduersus Odoacrū misit, Consulem prius à se factum, Odoacrum, in Italia regis nomen sibi vendicantem prælio vicit Theodoricus. Pulsus Zeno à Basilisco factione Ariadnæ vxoris, in Isauriam concessit, nec multò post reuersus Basiliscum, Lēni relegatū, vnà cum filio fame mori coëgit. Sūt qui adhuc viuū inclusum ab vxore sepulchro tradant, frustráq; resipiscentem & opem quæritantē obiisse. cùm imperasset annos XIII, vel, vt quidā volunt, XVII. Hoc principem maximā passa est res literaria iacturam: nam incendium adeò graue fuit, vt præter maximam Constantinopolitanæ vrbis partem igne absumptam, C. & XX. millia librorum, combusta sint, inter quæ Homeri pœëma intestino draconis C X X. pedum aureis literis descriptum. Nicena synodus prima approbatur.

Basiliscus relegatur.

Basiliscus inedia consumitur.

Constantinopolis incendio flagrans rei literariæ iacturā maximam adfert.

FLA. VALERIVS ANASTASIVS.

FLa. Valerius Anastasius Dicorus à discoloribus oculorū papillis, quæ cum dextera nigricās, sinistra cærulea fuit, à Græcis cognominatus, magno Principū consensu post Zenonem ex humili loco ad imperij fastigiū euectus, donatiuum militibus dedit. Legatos Iudæorū cum

Clodoneus Francorum rex Gotthos superat.

muneribus veniĕtes, placidißimè audiuit, Clodoneo Francorum regi munera patriciatus, & Consulatus titulum & i signia decreuit, quod Gotthos in Gallia superasset, Burdegalámque oppidū recepisset. Amari ad Selymbriam longū murum duxit, ne incursiones Masiorū, Bulgarorum & Scytharū officerent. Plures per orbem tyrannos supplicio extremo affecit. Athenodori caput Isauric⁹ miles veruto affixū antĕ portas Tharsi tulit quod ibi arnit. Lōginus tāquam fera dilaniatus est. Vitalianus Thrax in Oriĕte seditionem mouens pecunia placatus est. Hūni excursiones aliquot fecere. Getæ Macedoniam, Epirū, Thessaliam diripuerūt quibus pro captiuis redimĕdis cùm aurū misisset. Anastasius, nec sufficeret hostium votis, Barbari illi coram captiuos trucidarunt. Anastasius inter bonos principes referri potuit, qui pacĕ emerit, nisi Eutychianæ heresi, Ariadnæ vxoris suasu, adhæsisset: vnde sibi graue odiū conflauit. Post octogesimū & octauum vitæ annum, Imperij vigesimiseptimi, fulmine ictus, perijt, grauiter vlciscĕte numine pietatĕ toties ab impuro principe læsam, quanquam Marcellinus senio longè confectum subita morte corruisse tradit.

Eutychiana heresis. Vltionis exĕplum.

IVSTINVS THRAX.

IVstinus Thrax, vtroq; parente ignobilis, à teneris annis suum custos, deinde boū, post lignarij cuiusdā minister, natus annos XVI. mi-

litare cœpit, promptus manu & doctus hostem ferire, princeps ordinis fuit. Hinc per omnes dignitatum gradus ascendens, ad pratorij prafecturam euectus, consul designatus est. Mortuo Anastasio, ad eum Eunuchus quidam diues, superioris Augusti libertus venit; magnam vim dans ei pecuniarum, vt illarum suffragiis Theocritianum imperator designaretur. Verum Iustinus, commodi sui non immemor, Imperium ea pecunia sibiipsi emit. Amantianum & Theocritianum insidias sibi molientes è medio sustulit. Anno imperij nono Cal. April. Iustinianum sororis suæ filium adoptauit, consortem imperij fecit: quarto post mense decessit. Imperauit annis nouem, mensibus duobus. Orthodoxus fuisse traditur. Arrianos siquidem expulit, Germanum, præsulem Capuanum, missum ab Ormisda Pont. Ro. pro orthodoxis restituendis ab Anastasio pulsis, humaniter excepit & exaudiit. Chalcedonense concilium publico edicto venerari voluit. Dyrrachium & Corinthum ciuitates, terræ motu collapsas magnis sumptibus restituit.

Iustinus imperium sibi emit.

Dyrrhachium & Corinthus ciuitates restitutæ.

IVSTINIANVS.

IVstinianus Iustini ex sorore filius, cum annum quartum & quadragesimum ageret, imperare cœpit, quod per annos vndequadraginta administrans, veterem Romani imperij gloriam mirum in modum amplianit. Maximus certè princeps, nisi auaritiæ & delirij Eutichiani reus fuisset:

Belisarius dux clarif. stipem à prætereuntibus quærere coactus. Serici vsus à Persis ac Græcos transiit.

& Belisario duci clarissimo, cuius opera res multò præclarissimas confecerat, ex leui admodum suspicione citra culpam oculos effodi iussisset, & profligasset. Tam graui oppressus fortuna Belisarius à prætereuntibus victum quærere coactus est. Serici vsus è Persis ad Græcos hoc tempore trāsiit, iam pridem desitum. Iustinianus tandem affectus morbo, Iustinum ex filia nepotem Cæsarem fecit, nec multo post ingrauescente morbo, non sanus mente decessit, cùm edictum, autore Eutropio lib. XVI. vbiq; à pietate alienum promulgasset. Nobil. Sophiæ templum, Iustiniani iussu, Constantinopoli ædificatur. Hoc tempore fames ingens adeò in Italia inualuit, vt membra humana ederent indigenæ. Syluerius Papa, Theodoræ vxoris Iustiniani fraude, falsis testibus conuictus, à Belisario in exilium mittitur, vbi etiam obijt.

Sophiæ templum. Fames grauissima. Syluerius papa relegatur.

IVSTINVS MINOR.

Iustinus minor Iustiniani ex filia nepos. Iustiniani æmulus, ac perinde ac filius in regia semper enutritus, facili admodū ingenio, & ad promerendā, ex liberalitate, hominum gr[illegible]iā nato, à Iustiniano Imperator declaratus est. Cū Persis fœdus pepigit, tributo, quod Romani annuū his penderēt, sublato. Longobardi, Germanica gēs, Narsetis suasu, quē Imperator falsò delatū proscripserat, in Italiā irrumpunt, quā ab Albuina rege ad Desiderium CCCIIII. annis, in prim

Narsetes Dux pro[illegible]s.

principatus diuisum, temere. Scripsit enim Sophia Iustini uxor ad Narsetē, ut ad pensa muliebria rediret: eunuchus enim erat Narses. Responderat autem Sophiæ Narses. Se talem tantum telam, quam ipsa dissoluere & absoluere nequiret. Iustinus ex liberali auarissimus euasit: simul & fidei Christianæ cōtemptor maximus, & Pelagianæ hæreseos assertor acerrimus. Longinum eū nouo exarchatus magistratu in Narsetis, quem reuocauerant, locum misit. Exarchatus sedes quondam fuit Rauennæ, qui magistratus cœpit anno mundi 4535. à Christo nato 571. ab hoc Iustino minore primū excogitatus, ut imperatoris quodammodo vicarius in Italia foret, eáque fuit autoritate, ut Pontifex Romæ creatus ab eo confirmaretur. Durauit annis hic magistratus 164. Volaterr. in Rauenna. Iustinus graui pedum dolore obijt, anno imperij XI. Hoc principe Armeni fidem Christianam amplectuntur. Monothelitæ cum sua hæresi emergunt. Cōtra tres synodus Constantinop. CL. episcopis celebratur, in qua Græcis sacerdotibus uxores permissæ, Latinis nequaquam.

Iustinus fidei Cristianæ cōtemptor.

Exarchatus quid.

Armeni Christiani efficiūtur.

Monothelitarum hæresis.

TIBERIVS.

Tiberius secundus, contrarijs Iustino moribus, & ab eodem adoptatus, peculiū ab eo coactū longa auaritia. Sophi tradente, simul & omnes Narsetis ducis clariss. thesauros in Italia puteo, monstrante quodam sene, repertos,

egentibus dedit. In Oriente Persas sæpe profligatos inter suos fines compulsit, recepta Mesopotamia. Persarũ captiuos omnes honestè vestitos in patriam remisit. Longobardos rupto cum Imperatore fœdere vrbem Rom. graui obsidione prementes, multitudo desidentium imbrium à mœnibus repulit. Secuta est imbres longa siccitas, & inde caritate annonæ laboratum est. Tiberij felicitas multi nominis fuisset, si res in Occidente vt in Oriente successisset. Mauricium generum adoptauit, eique imperium administrandũ tradidit, præsentibus Ioanne Patriarcha, qui coronam imposuit, & Senatu. Vixit cum Summa pietatis & liberalitatis opinione. Imperauit annos septem.

Tiberij in captiuos humanitas.

MAVRICIVS.

Mauricius genere Cappadox, successor Tiberij soceri, præfuit imperio annos viginti. rebus gerẽdis in initio fœlix fuit. Armenos & Persas per legatos fudit. Mæsia Scythas repulit in Italia Lõgobardos repressit. Deinde auspicijs Theodosij filij sui & Germani soceri victos Hũnos, Pannonijsq; exactos, ad solitudines fugauit. Cõstãtinopolitanũ Patriarchã οἰκουμένικον, id est, vniuersalis ecclesiæ præsulẽ vocitauit. ex humili notario ob diligentiã Iustino præfectus vigiliũ factus, mox Tiberij gener, postremò Augustus multis victoriis illustris Rẽp. fœliciter administrauit. Postremò ob insatiabile pecuniæ studium,

Mauritius ex notario Au[...]us

studium, militibus, qui Sarmatico limiti præpositi erant, loco sterili ac difficili & gelu horrido. infensus, quod nulla aut rara stipendia persolueret, à Phoca centurione limitis Scythici, cuius insidias, somnio etiam admonitus, præcauebat, imperio & vita priuatur. Magnæ vir patiētiæ & fortitudinis exemplum. Cùm enim in conspectu suo uxor & filij interficerentur, forti animo perferens tantam calamitatē: exclamauit, IVSTVS ES DOMINE, ET RECTA IVDICIA TVA. Turcicum nomen tunc primùm in Asia auditum est: & Angli cum Gothis ad fidem versi sunt Christianam. Patientiæ & fortitudinis exēplum. Angli & Gothi ad fidem conuertuntur.

PHOCAS.

PHocas Scythici limitis præfectus, ab exercitu scelerato, cuius dux erat. Imperator electus est, qui penè Mauricij oblitus, nec tanta cæde edoctus, auarißimè tributa exigēda mandauit, tenaciùs priore aurū seruās, secretò cū suis aulicis, Persico more, omnia disponens: & hi legatos audiebant, iudicia pēdebant, magistratus dabāt, quo in eo, qui imperat, miserius & deterius nihil est. Grata illi erāt, qui inexplebili rapacitate populos vexabant. Stipendia militibus debita parcißimè exoluebat. Hic Ro. Pontificē primariū omniū declarauit, solicitatus à Bonifacio tertio. Huius desidia & ignauia Romanorū vires adeò fractæ & debilitatæ erāt per luxū & libidinem, ut imperium Ro. solo nomine cō- Miserrimū & detestabile.

staret. eoq; ventū est, vt aut nomē imperij deleretur, aut Phocas occūberet. Erat acceptus imperatori Priscus Patricius gener Heracleonæ. Huius fil.⁹ Heracli⁹ proprætor Africā administrabat. Hi tres de imperatore occidēdo cōiurationē ineūt. Heracleonas, quia magister militiæ erat, in Thracia, velut defensurus regionē et ꝓpulsaturus Barbaros exercitū cogit. Heraclius Cōstantinopolim ex Africa venit, ne pater defectionis suspicionē subiret. Cōueniūt statuto tempore: fit de industria tumultus: dū milites Prætoriani accurrunt, cōiurati principem impurissimum obtruncant imperij anno XIII.

Vltionis exēplum.

HERACLIVS.

HEraclius, Heracleonæ filius, Africæ ꝓprætor, occiso Phoca, à militibus Cæsar declaratus, acclamante populo Augustus consalutatur. Hic vno eodémq; die et diadema à Sergio Patriarcha accepit, & Fabiā Eudochiam duxit vxorem, simulq; & sacratissima corona & nuptiarum pompa celebrata est. Hierosolymā, Syriam & Aegyptum restituit imperio, & Persis victis & Cosdroa eorum rege à proprio filio interempto, quod fratri natu minori regnū tradidisset, lignum salutiferæ Crucis recepit, illúdq; primùm Constantinopolim, deinde Romam transtulit. Durauit autem hoc bellum Heraclij aduersus Persas annos sex continuos. Post hæc Heraclius cura reipubl. aliis tradita otio,

Cosdroa Persarum rex à proprio filio occiditur.

otio & quieti sese tradidit. Iudaeos, etiam inuitos, ad Baptismum compulit, Matheseos studijs operā dedit, aruspicijs & praestigijs daemonum fidem adhibuit, & in Monothelitarum haeresin prolapsus, Martinam fratris filiam in matrimonium duxit, data lege, ut omnibus idem liceret. Imperauit annis XXXI. Ferunt hydropisi occubuisse. Alij scribunt nouo cladis genere, testium folliculo sursum verso, simul cum virili membro, & semper tento: adeò ut quoties meieret, nisi tabula umbilico admota prohibentes, vultum lotio sparsisset. Existimant ob illicitas nuptias accidisse.

Nouo morbi genere obit Heracl.

HERACLIVS IVNIOR.

Heraclius, qui & Constantinus iunior dictus est, Heraclij filius, verae pietatis cultor, patri succedens dolis nouercae Martinae, quae filio imperium astruebat, quarto regni mēse veneno necatur.

HERACLEONAS.

Heracleonas Heraclij fils[9] cū matre biennio in Oriēte imperauit, post sublatū Constantinū. Senatus populusq; Cōstantipolitanus, cognito scelere, in matrem & filium cōsurgens, hunc naribus abscissis, ne decor aut gratia ad cōmiserationem populos flecteret, illā lingua, ne oratione, qua multū valebat, cōmoueret, in exiliū in Cappadociā relegarūt, unà cū Patriarcha, à quo adiuti erant in perpetrando scelere.

Vltionis exēplum.

CONSTANS.

Martinus Papa in exilio obiit.

Quicquid ornamentorum antiquique operis, signorumve Romæ fuit expilat Constans.

CONstans, qui & Constantinus III. pulsis Heracleona & Martina à Senatu, sine militibus, quod rarò accidit, Imperator declaratur. Hic auitæ impietatis hæres & Monotheli tarum dogma sectatus, Martinum I. Pont. per Olympium exarchum comprehendi iussit, & in exilio mori coëgit, quòd is Paulū Patriarcham in synodo præsulatu deiecerit, ac Cyri Alexandrini, Sergij & Pyrrhi cōdēnationē probauerit. A Saracenis victus aufugit. Posthac ab ijsdē impetratis induciis, vt Italiam à Longobardorū tyrannide liberaret, filio Constantino domi relicto, Tarentū classe appulit. Indéque Luceria capta ac diruta, Beneuentū obsidet. Obsidione relicta Capuam versus cōtendit, vbi obuiū habuit Mitolā eius vrbis Ducē armatum, à quo fusus fugatusq; Romā contendit. Cui Vitilianus Pōtifex obuiā VII. lapidem processit, Romæ quicquid erat pulchri pretiosive ex veterum monimentis expilat, ablatis inter cætera Pantheï tegulis æneis. Post dies duodecim in Siciliam abijt: vbi cùm auarè, & crudeliter exigeret tributū à suis, necatur, cùm in principatu vixisset an. 27.

CONSTANTINVS.

COnstantinus IIII. Cōstantis natu maximus filius imperiū Byzantij patri absente administrans, vt mortem patris audiuit in Siciliam statim aduolat & Mezentiū (vt alij volunt) Mizizū tyrannū paternæ cædis autorem

...interfecit. Bellū in Sarracenos annis septē terra mariq; feliciter gessit: quorū vnico cōgressu triginta millia fudit; eorūq; vires adeò debilitauit, vt coacti sint pacis cōditiones petere, quæ cōcessa sunt illis hac lege, vt quotannis tributa pēderēt Cæsari. Bulgari Thraciā & Pānoniā inuadūt, & Imperatoris permissu partē eius possidēt. Sextā Synodum Cōstātinop. celebrauit cōtra Monothelitas, Agathone Pōtif. impulsore, vbi vtraq; cōuenit ecclesia. Fratribus pueris, ne ad imperiū aspirarēt, nares amputauit. Rex Persarū cū vxore Cæsarea & multis suorū millibus Cōstātinop. (autore Platina) baptizatur. Tandē morbo correpte⁹, vel (vt nōnulli scribūt) è palatio præcipitatus, obiit an. imperij 17. Pogonatus appellatus est, φ imberbis in Sicilia profectus, barbatus redisset: πώγωνα enim barbā appellant. Fames maxima hoc tēpore Galliam inuadit: cui vt succurrat rex Clodoueus, thesauros & opes, qb⁹ ædē D. Dionysii pater Dagobertus ornat, aufert.

Constantinus cur Pogonatus dictus. Fames in Gallia.

5. IVSTINVS IIII.

I*Vstinus IIII. quē nōnulli Iustininanū II. vocāt, Cōstantini IIII filius & successor, vltimus ex stirpe Heraclij sedecim annorū adolescēs, vir certè varius & impius, imperiū adeptus, à fide aberrauit, patrū synodū alia synodo infirmādo, quam cùm Sergius Pōt. Ro. minime ratā haberet, vt is cōprehenderetur iussit, ob hoc misso Zacharia Protospatario, qui reclamāte Po. Ro.*

re ipse

te infecta rediit. Quam ob rem pœnas ob hæc aliáque scelera dedit. Nam postquam x. ann. imperio præfuisset, à suis ducibus Leontio & Tiberio Absimaro & Callinicho Patriarcha trũcatus naso & auribus, imperio exutus in Chersonesum relegatus est iterum regnatur. (Childericus II. Frãcorum rex occiditur.) Childericus Francorum rex II. circa hæc tempora, cum uxore uterum ferente, à Rodillo (quem paulo alligatum flagris cædi iusserat) occiditur.

LEONTIVS.

Leontius, vel Leo. II. Imperator factus, præest rebus pessimè ann. III. tandem & ipse mutilatus naso ab Absimaro duce in carcerem detruditur. (Frisij fidẽ recipiunt) Frisij hoc tempore Rabodo eorum duce superato, in Christianismum à Pipino, aulæ Gallicæ magistro equitum, inducuntur.

TIBERIVS III.

Tiberius III. cognomento Absimares, à militibus imperator designatus, Philippicũ, cuius viribus fretus rerum potiebatur, in Põtum relegat: quod eum suspectum haberet, ob aquilæ augurium, quæ Philippico dormienti caput obũbrasse visa fuerat. Præfuit imperio annis septẽ. Post quòd tempus Iustinus (de quo suprà) IIII. opera Bulgarorum ab exilio revocatus, Constantinopolim cũ ingenti exercitu revertitur, & denuo cum filio imperat annis VI. & captos Leontium & Tiberium, spectante populo interfici iubet: (Callinicus Patriarcha Constant. relegatur.) & Calinicum Patriarcham exoculatum

Romam

Romam relegat. Moxrvocatum ad se Constantinum Pont. summum, huius nominis primum, & honore & Pietate summa excipit humi proiectus pedes ei osculãdo & Romani dogmatis decreta per synodum probãdo, veniam petiit præteritorum. Ad vltimum à Philipico aduersario quem relegatum in ponto ipso dehortante Pontifice, bello oppugnabat, superatus, vnà cum Tiberio filio interficitur. Circa hæc tempora Saraceni Africam & maximam partem Hispaniæ vi occupant, quàm ad DCC. ann. tenuêre.

Saraceni Africam & maximam Hispaniæ partem occupant.

PHILIPPICVS.

Philippicus Bardesanes, occiso Iustino & eius filio in acie, imperium adeptus, edicto sanxit vt Sanctorũ statuæ & imagines è templis raderẽtur, Sextæ synodi decreta altera synodo infirmare contendit, gratificaturus monacho qui imperaturum illum prædixerat, id prædictionis præmium petẽti. Quapropter cùm eloquentiæ multum huic inesset, sapientiæ parum, opesque imperij iampridem coniectas dißiparet: pateretur etiam Bulgaros Thraciã populari, à Constantino Pont. Rom. sacris, vt schismaticus, interdictus, ab Anastasio Anthemio præfecto suo, priuatur oculis & in ordinem redigitur, anno vno & mensibus sex vix expletis.

Sanctorum imagines è templis tolluntur.

ANASTASIVS II.

Anastasius II. cognomento Anthemius, ab exercitu imperator salutatus, Romanorũ ponti

pontificum doctrina probant, sacra sanctâ áquibus. Hic cùm optimè, quæ ad veram pietatem attinent, instituisset, ex Pontificum assensu, classem ingentem aduersus Arabas in vrbe Alexandriã emisit. Verum classiarijs quibusdam contumacius agentibus, qui illum odie..., domum reuersi, Theodosium ignobilem aliquem virum imperio præficiunt, qui capta Cõstantinopoli, Anastasium regno exutum monasterio inclusit, cùm annum vnum, menses tres imperasset.

THEODOSIVS III.

Theodosius tertius Adramitenus coactus à militibus imperium áuspicatur. Is quãquã obscurus genere, pius tamen animo & fide orthodoxus, Sanctorum imagines à Philippico disiectas, sẽpius restituit: ad Nicæam graui prælio Artemiũ vicit. Imperium deserens, cùm videret se inuadi à Leone, qui ab exercitu Imperator dictus fuerat, & diffideret regnũ se posse retinere, pertæsus etiam belli ciuilis, quod cõtrà Leonem gesset, cœnobiũ ingreditur, vbi satis diu ac feliciter in eo peregit, cũ annos duos imperasset.

LEO III.

Leo III. Isaurus siue Cono sceleratus, obscurissimi generis (quippe qui apud Isauros natus sedentarium exercuerat) post Theodosium vnà cùm filio imperat. Iconomachos appellatus est, hoc est, imaginũ expugnator: propterea quod imagines ac sanctorum statuas è templis auferri

Iconomachus cur dictus.

& incen-

& incendi iussit, concilio Byzantij celebrato: vt gratificaretur duobus Iudæis, qui illũ imperaturũ prædixerant. Cõstantinopolitanũ pontificem, Germanum nomine, aduersantem, sede extrusit, Stephanũ pont. Romanũ minime consentientem comprehendi ac necari iussit. Hoc principe Cõstãtinopolis tertio annorũ spatio obsidionem passa est à Saracenis, qui propter famis & pestilẽtiæ magnitudinem summa calamitate pressi discedere coacti sũt. Præterea naues eorũ igne peculiari arte facto sub aquis incensæ, conflagrauerũt. Inde Siciliã, Sergij opera rebellãtẽ ad officiũ retraxit. Circa finẽ imperij, quod quartũ & vigesimũ durauit annum graui terræmotu Bithinia Thraciaq; concussa, murique Byzantij magna ex parte collapsi. Gregorius pont. III. Syrus Leonis imagines. Sãctorum tẽplis restituere nolẽti sacris interdicit, & neglecto eo Carolum Martellũ Franciæ regẽ cõtra Longobardos, qui iam pacem cum Romanis, reiecto imperatore, inierãt, in Italiã vocat. Saraceni Aquitaniam occupauere: at à Francis pulsi, supra CCCLXXIII. millia interfecti sũt. Leoni sacris interdicitur.

CONSTANTINVS V.

Constantinus V. Leonis Isauri filius Oriẽti præest. Patris retinuit impietatẽ, de imaginibus abolẽdis graue edictum promulgando. Magicis artib. ad insaniam vsq; deditus, nullo scelere abstinuit: nõ Christianus, nõ Græcus, nõ Constant. imaginum euersor.

Hebræus: sed omnis impietatis mancipium, Constātinopolitanos antistites duos grauiter excruciatos, capite plectit. Bulgaricum variante fortuna, bellū terra mariq; gerit. Artabasdū primæ nobilitatis hominem, imperatorem ab Orthodoxis creatū, oculorum visu cum liberis priuat. Signum futuræ in eo impietatis, iā inde ab initio, dum è sacro puer fonte leuarentur præ se tulit, sacris lymphis ventris solutione commaculatis, cuius rei gratia cognomentum Copronymi meruit. Periit Elephantiæ morbo anni imperij XXXV. Hoc tempore Pipinus Francorum rex Aristulpho Longobardo deuicto, Rauennatem exarchatum (repugnante Copronymo Imperatore) dono dat Ro. pontifici: Parlamentum in Francia instituit, Turcæ gens Scythicus, ex Hyperboraeis montibus procedentes, Alanos, Colchos & Armenios inuadunt.

Copronymus cur dictus.

Parlamēti institutio.

LEO IIII.

LEO IIII. paterni sceleris atq; imperij hæres, vnam omnino in Syria expeditionem fecit. vnde leui certamine repulsus, domum rediit: pauléque post impium spiritum nepharius exhalauit, anno imperij quinto, relicto Cōstantino filio, quem ex Irene vxore Atheniensi proba & speciosa suscepit.

CONSTANTIVS VI.

COnstātius VI. Leonis IIII. filius, cum Irene matre imperat ann. X. Quo tempore

re apud Niceā synodo celebrata cum Roma-
Pont. de imaginibus restituendis, & de Spiri-
s processione conuenit. Expulsa tādem à filio
ater, quæ omnia magna prudentia administra-
it: post paulò à ciuibus Constantini flagitia nō
rentibus, reuocata ab exilio in pristinum sta-
m restituitur, annos treis sola imperio præfuit,
Constantino filio in carcerem coniecto, oculos
uit, vbi breui tempore extinctus est. Eo ferè
mpestate inuenta est lamina ænea supra mor-
um hominem his verbis, CHRISTVS
ASCETVR DE VIRGINE,
REDO IN EVM, TEMPORE CON-
TANTINI ET IRENES O SOL
TERVM ME VIDEBIS. Expulsa do-
um à Nicephoro, Patri ij successore ipsius in
esbum insulam, reliquum vitæ git. Mulier
a rebus omnino administrandis nata. Consta
nus cum matre x. annis præfuit, solus v.

Irenes in filium crudelitas.

Irene in Lesbū relegatur.

NICEPHORVS.

Nicephorus Patricius Irene in Lesbū relegata, occupatóque Oriētali imperio pa-
co cum Carolo magno ab Irene constitutum
uauit. vti videlicet Apuliam Calabriámque
m Cicilia sibi haberet, reliquā Italiā illi con-
sa. Cum Venetis item pepigit vt nullius subes
t imperio, legibúsq. propriis vterentur. Al-
ratum Saracenorū qui cum trecentis millib⁹
nerat, pactione annui tributi, ccc. nūmûm

aurearū, ab Sarepidit, Venetos sociali classe, aduersus Gallos iuuit. Apolloniā, immissa classe partim viribus, partim fraude captā diripuit. Stauracium filium imperij consortem fecit. Cū Bulgaris in superiori Mæsia congressus, occubuit an. imperij IX.

STAVRACIVS.

Stauracius monasterio iucludi tur.

Stauracius Nicephori filius in Bulgarorum bello vulneratus: patre interfecto statim Constantinopolim reuersus imperium init. A Saracenis rupto fœdere, quod pater inierat, multa accepit incommoda. Deniq. à Michaele Curoplate, qui Procopiam sororē eius in uxorē duxerat imperio deturbatur, & monasterio includitur. Paucis diebus post patrem imperauit.

MICHAEL.

Ex imperatore monachus.

Michael Curoplates, cognomēto Rancabe, gener Nicephori supra dicti, sororius Stauracij, inito statim imperio, cum Carolo conuenit, vt Carolus Occidentem, sibi verò Orietē retineret. Venetorū quoq. tunc vrbs ea cōditione Græcis partibus, cessit, vt immunitate prius à Carolo Francorum rege cōcessa, quā ad eam diem retinuerant, uterentur. Hic cum aliquandiu aduersus Bulgaros bellum gessisset superior tandem apud Hadrionopolim fusus fugatúsque amissis copiis domū se recepit: ubi mox cōiuratione Leonis Armeniaci captus, & in insulā Protem in exiliū missus, ibidem in cœnobio quodā mona-

monachum perpetuò egit, biennium postquã imperauerat. His fortunæ viribus ab aliis ad alios transferũtur imperia, & opes gloria, voluptas, & quicquid est commodorũ & incommodorũ.

LEO.

LEO Armeniacus Pardi Patricij filius, qui exercitui præerat Orientis, quòd rerũ ponderi sufficere videretur: à populo Imperator electus, Crumnũ, Bulgarorum regẽ, Hadrianopoli potitum, & in Constantinopolim arma vertentem, eruptione facta, circa vrbis mœnia interficit: quæ res aliquandiu Orientis statum pacauit. Parta de Bulgaris insigni victoria cũ ab armis quies esset, ad eadem multorũ conuersus, Diuorũ imagines penitus deleri iubet: nec præsagiis, aut somniis maternis cladem imminentem euadere potuit. Nam à Michaele Thraulo, quem in custodia detinebat, noctu per insidias, dũ sacris operatur, multis vulnerib. cõfoditur post annos imperij VII. & menses V. Vxor in monasterium detruditur: filij in exilium pelluntur. Vir fuit omnium crudelissimus, quo sanè vitio res multas bene & præclare gestas obscurauit. Diuorum imagines sublatę.

MICHAEL THRAVLVS.

MIchael Thraulus, id est, Balbus: nam lingua fuerat Balbutiẽti, præterea è Phrygia superiore non humili solùm loco, sed etiam sordido oriundus, atque Iudæorũ regionis illius secta cõtaminat⁹, interfecto Leone, à quo ad m... Thraulus qui.

ximus honores euectus fuerat, & filiis in exilium missis, imperium inuadit. Thomam, qui exercitus Orientis praeerat, rebellantem tādē oppressit defectionisque socios cum ipso Thoma sustulit. Saracenos, Cretam inuadentes, vicit. Aduersus clericis ac monachis omnibus, ventris profluuio extinguitur, anno imperij nono. Vetus oraculum innotuit, TVM REM ROMANAM RVITVRAM CVM ET BALBVS ET AVARISSIMVS PRINCEPS IMPERARET.

Oraculum vetus.

CAROLVS.

CArolus Pipini Frācorū regis filius, huius nominis primus, primus item Christianissimus vocatus, à Leone pont. Romanos primus Imperator, ob egregia in Christianū nomen merita, factus est. Sub regni initia Aquitanico bello liberatus, deinde Italiā ingressus, Lōgobardos Frācis, capto eorum rege Desyderio, subigit. Saxones sapius rebellantes, tricēnali bello vicit: &, quod initio semper fecerat, vera, pietate imbuit. Saracenos ex Hispania propellit. Sclauos, Danos & Boemos, in ditionem suam redigit. Italiā iterum ingressus Beneuētanorum, qui in Rom. Pontificem bellum parabant, tumultus cōpescuit. Leonem, Pont. à Romanis expulsum ac eius auxilium implorantem, restituit. Hunnicū bellum confecit. Vnde illi post ingentia facinora magni cognomen datum. Vndiq; sic parta pace

in Gallias redit, filióq; Ludouico imperij cõsorte declarato, morbis & senio confectus, moritur Aquisgrani V. Cal. Feb. anno ætatis LXXI. imperij Ro. XIII. Salutis DCCCXV. Tria publica gymnasia instituit ad propagãdã et cõseruãdam doctrinam Christianæ religionis, vtpote Bononeæ, Lutetiæ Parisiorum in Gallis, & Papiæ, viris vndiq; doctissimis accersitis. In Germania multa monasteria erexit in vsum iuuentutis instituendæ, scholarum loco. Synodos quinque præstatus ecclesiastico celebrauit. A multis, vt cælitum vnus, colitur. Academiæ Parisiorum institutio

LVDOVICVS PIVS.

LVdouicus Caroli Mag. filius, à pietatis re legionisq; studio Pius cognominatus, audita patris morte, Aquisgranũ venit, vbi legatione Leonis, Græci imperatoris, audita, fœdus cum eo renouat, Dacicum bellum ex sententia conficit, Bernardum Pipini nepotem Italiæ regẽ imperium affectantem securi percutit: eius fautoribus, inter quos multi præsules fuere, diuersis in locis exilio mulctatis, Britones & Bulgaros pacis turbatores compreßit. Stephanum IIII. Põtificem Galliam petentẽ, magnificè excepit: à quo mox vnctus & imperiali diademate insignitus est apud Aurelianos. Michaelis Imperatoris Constant. legatos de imaginibus referentes

ad Rom. pontificem reiicit. Quatuor suscepit liberos. Lotharium Italiæ in Bernardi locũ suffecit. Pipinũ Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ, Carolũ Caluum ex Iudith uxore, Frãciæ Burgundiæq; reges cõstituit, à quibus tamẽ posteà multa incommoda passus, Suesione ad Medardum in carcere detentus est piissimus pater ab ingratu filiis. At post annum pristinæ restitutus dignitati omnia ciuiliter tulit, & cum iis clementer egit. Decessit Mogũtiæ anno imperij XVII. cum vixisset an. LXIIII. Paschali Pont. Romanis eligendorũ præsulũ remisit, sanxitq; ut ecclesiarũ ministri à gẽmis cultioreq; vestitu tẽperarẽt.

A filiis in carcerẽ detruditur.

THEOPHILVS.

Theophilus Michaelis Balbi filius, post patrem, cũ quo septẽ annis imperauit, Cõstantinopoli præficitur imperio. Hic erga subditos æquum se ac iustum præstitit, Diuorum imagines execratus, non paucos qui eas colerent, ad mortem vsq; cædi iussit. Cum Saracenis, Asiæ prouincias vastantibus, bis congressus, bis victus est, castrisq; exutus. Quinetiam Amoriam, unde illi genus, ab iis obsessum & proditione captum diripitur. Tandẽ cum rebus XII. an. præfuisset, dysenteriæ morbo periit, superstite filio Michaele. Bonus alioqui habitus est princeps.

Imagines cæduntur

MICHAEL.

Michael Theophili filius, sub matris Theodora, ac principũ virorũ tutela quæ pro

in imperium Constantinopolitanum administrauit adhuc infans patri succedit. Legatos, vt primum imperij regimen assecutus est, cessitque ei matri, Romam misit Nicolaum I. Pont. Romanum & Apostolorum Basilicas salutatum, cum ingentis ponderis aureo calice. Hic auo quàm patri similior, per summam ignauiam & prodigalitatem rem afflixit: irruētibus multis bellis, à cursu equorum, in quem omne studium collocarat, auocari non potuit. Matrem, quod Diuorum imagines execraretur, monasterio inclusit. Basilium Macedonem, Barda interfecto, dum ludis Circensibus cum maxima insania indulget, consortem imperij sibi adsciuit, à quo mox, occisus est, an. imperij XII. quorum treis cum matre egerat. Burgari, Scythicum genus, cum Theodora rebus, adhuc praeesset, pietatem nostram populariter amplexi sunt.

Imaginum restitutio.

LOTHARIVS.

Lotharꝰ maior natu ex filiis Ludouici Pij, dimicatione inter fratres suborta sibi imperium assumpsit. Carolo Gallia, Ludouico Germania abaenis, quae fratrem concordia non diu mansit. Nā infestis armis die Pascha, cucurrere ad Fontanicum Altissiodorensis agri vicū: o conflictu tanta caedes vtrinque est facta, vt victo nō lōgè dissimilis victor esse putaretur: erior tamen Caroli exercitus stetit. Post son[...] tantā cadē pax Sergij II. Pont. Rom.

Graue inter fratres dissidium.

opera, iis conditionibus facta est, ut Lotharius imperij titulo cum Italia & Narbonensi Gallia frueretur: Ludouicus Germaniã haberet: Carolus Francis ad Oceanum praeesset, additaq. est Lothario Austrasia, quæ nunc Lotharingia est: quam à suo nomine sic appellatam quidam volũt. Reliquit tres liberos, Ludouicum, Carolum, & Lothariũ. Cometæ non pauci hoc anno ante dissensionem & bellum hoc fratrum visi sunt. Post hæc cum imperio annos XV præfuisset, relicta Ludouico filio, nato maiore rerum cura, quẽ quinquennio antè imperij consortem legerat, sese imperio abdicãs pœnitudine rerum (ut opinantur) aduersarum ductus, monasticam vitam in Prumia monasterio secutus est.

LVDOVICVS II.

Ludouicus secundus Lotharij filius, Italiæ rex, patre viuẽte Romam profectus à Sergio Pont. coronatur. Saracenos magno impetu Italiam ingressos in agro Beneuẽtano superat. Reuers[9] ex Italia in Germaniã post patris mortem, cum Carolo Caluo, Francorũ rege, ob Austrasia regnum, quod Lotharij fuerat, & id sibi totũ vendicarat, discordi animo vixit. Sed mox composita rebus Mediolani moritur, cum regnasset annos XXI. superstitibus liberis Carolo & Ludouico, qui Francis Germanisque præfuere. Amantissimus ante alios Nicolai primi fuit, cuius creationi Romæ interfuit, déq. communi

consilio cuncta administrabant.

BASILIVS.

Basilius Macedo, qui Michaelē occidit, eo tempore Orientis imperio praeest, quo Ludouicus II. Occidentis: Adepto imperio profusissimas Michaelis largitiones ita reuocauit, ut dimidium earum quae accepissent, aerario inferret. Annuente Adriano II. Pont. Synodum Constantinopoli pro Bulgaris factis Christianis celebrauit, ubi post longam contentionem decretum ut illis pontificis Rom. autoritatem sequerētur. Per Nicephorum Phocam Saracenos ex Ancona Dalmatiaq. fugauit. Erat vir frugi, qui victitabat ex suis vectigali. Decedēs ex morbo, imperij an. XX. duobus filiis reliquit imperium Leoni & Alexandro. Bulgari fidē recipiunt.

LEO.

Leo Basilij Macedonis filius, dum Bulgaris, qui à Turcis oppugnabātur, auxilio venit, malè rem per Simonem legatum gerit. Cum Saracenis item, Lesbum occupantibus, conflixit. Philosophus fuit, omnium literarum, Astrologiae in primis, studiosus, qua etiā filium Cōstantinum imperaturum praedixit. Decedens fratri Alexandro reliquit imperium, filium paruum Constantinum ei commendans, quem pauanitè per Euthymium Patriarchā diademate donauerat. Duas habuit uxores, Theophaniam, cuius nomini templum dicauit, alteram

Zoen. Construxit D. Lazaro templum aliud: eò corpore ipsius translato. Hic vt vigilum, siue custodiarum vrbis fidem experiretur, noctu solus è regia, mutato habitu atque vestitu, sese proripuit: à primis custodibus numerata pecunia se liberat: ab aliis verò pugnis flagrisq́; cæsus, in carcerem detruditur. Hos muneribus donat, illos bonis exutos expellit. Hoc tempore Dalmatæ facta regni diuisione, vnà cum Sclauis Christianorum fidem amplectuntur.

Dalmatæ cum Sclauis Christianismum amplectuntur

CAROLVS CALVVS.

Carolus Caluus Ludouici pij minor natu filius, Frācorum rex humanus princeps: at supramodū ambitiosus, ante acceptum imperium cum Britonibus & Normannis incerto & ancipiti marte, dimicauit. Mox Romam accersitus à Leone XIII. Pont. Rom. Saracenos vrbe expulit. Audita post aliquot annos Ludouici nepotis morte, Italiam petiit, & à Ioanne VIII. Pont. Imperator declaratus, imperiali diademate insignitus est. In Gallias inde rediens, in itinere vxoris fratrem Italiæ præficit. Breui post Italiam repetens armatos contra se imperatores Ludouici nepotis filios offendit, cum quibus conflixit apud Veronam. Victus et in fugam profligatus Mantuam se recepit: vbi curis confectus non sine veneni suspicione, dati à Sedechia medico Iudæo dicitur absumptus, anno imperij VI.

LVDOVICVS BALBVS.

Vdouic' Balbus huius nominis tertis, Gal- liæ rex (quem alij Caroli Calui, alij Ludoui Germanorum regis filium volūt. Constantior nen fama est, Calui fuisse) à Ioanne Pont. II. è Romanorum carceribus elapso & apud illos agēte, vnctus & coronatus, præter mul- um Italiæ principum volūtatem, coacto Tri- ibus concilio Imperator declaratur. Impe- n valetudinarius princeps vix biennium ob it. Obiit Compendij, quo die Christus pas- est: duobus relictis liberis Carolo Simplice ncorum rege, & Carolomano Arnulphi pa- Hoc tempore Normani, qui bellis assiduis ncos vexauerant, apud Carnutes memora- prælio vincuntur à Richardo Burgundiæ e & Roberto Comite Parisiensi, qui postea um Francorum administrauit.

CAROLVS CRASSVS.

Arolus à corporis habitudine Crassus di- ctus, Ludouici II. Germanorū regis filius nne VIII. Pont. Rom. imperij corona in- tus (quod vix vlli pontificū contigit intra uor annos trium Imperatorum coronatione nsignē) Pānonios multis prælijs afflixit, & rtiū Normanorū Ducē ex sacro fonte leua- ata illi in vxorē filia cū parte Galliarum. nos cū nec imperio vtilis, nec mētis compos ei vino surrogatur Arnulphus Carolomani filius

filius, Balbi nepos. Sic post decennium ex quo imperare cœpit, moritur, & Augea monasterio sepelitur. Laudatur in hoc principe religionis studium, & in literatos beneuolentia, quos ad scribendum adhortari solebat.

ARNVLPHVS.

ARnulphus Carolomani fili⁹, Caroli Crassi nepos, cui curator datus fuerat (nouo & insitato modo, nempe nepos patruo) ab optimatibus imperator delectus, Normannos iterũ tumultuantes ingenti clade pacatos reddidit: mox in rapinas conuersus, captusq; prædæ dulcedine, templa spoliat. Et post XII. imperij annum, iusta numinis ira tantam impietatem vlciscente, pediculari morbo quem phthiriasin vocant, tandem è vita excessit. Sub hoc imperij maiestas defecit ad Germanos, quæ per centum annos fermè apud Francos steterat.

LVDOVICVS.

LVdouicus Arnulphi fili⁹ à Frãcis & Germanis patri in titulo imperij suffect⁹, regnauit annos decem. Coronã accepisse nusquã legitur. Hungaros, mortuo patre, Germaniã maximo impetu inuadentes ad Licrũ fluuiũ vicit, prostratúsq;. Paulò pòst ab iisdẽ vicissim victus est.

BERENGARIVS.

BErengarius Fori Iulij princeps, Lõgobardus ingenio & rebellica potens, ab Italis, assiduis Barbarorũ incursionib⁹ vexatis, & anti

quum

num suis, veteremq; imperij gloriam amittere
lentibus, Arnulphi successor dicitur Ludoni-
m Arnulphi filium apud Veronam vicit, ca-
úmq; luminibus priuauit. Pannonios pecunia
alia expulit. Guidonem Spoletanum Ducem
teremit, Præfuit rebus ann. quatuor.

BERENGARIVS II.

Berengarius II. priori succedens, post tertiũ
aut quartum annum à Rudolpho Burgun-
rege pellitur.

ALEXANDER.

Alexander viginti annos natus, nec Basilio
patri, nec Leoni fratri similis, imperio Cõ-
ntinop. præficitur, vir luxu & ignauia per-
us, rebus imperio pernecessariis omissis, tan-
n venationi, equis, canibus, suppellectilíq; lau-
vocabat, perditissimum quéque ac profliga-
imum ad honores prouehebat. Extinctus est
guine è naribus pudendis, ob crapulam, e-
npente, dimisso fratris filio Constantino im-
ij successore, postquam imperasset annum v-
n & mensem.

CONSTANTINVS.

Constãtinus Leonis Basilij filius, septennis
à patre sub matris & quorundam nobi-
n tutela relictus (quorũ opera, Andronicus
cas tyrãnidis inuasor oppressus est) post Ale
drum patruum Constantinopoli imperat.
c Romano vitrico in exilium pulso, Christo-
phoróque

pheroq; filio eius cum tota Lecapenorum gente extincto, rem imperij per annos undequadraginta solus satis prudenter administrat, Beneuento Longobardis extorto & tyrannis quibusdam oppressis. Turcarumq; principibus Christiana pietate imbutis. Hic à literis optimísq; disciplinis non alienus, quas pene extinctas ab interitu vindicauit, librum Romano filio reliquit, in quo totius imperij summã, sociorum fœdera, hostium vires, rationes & consilia explicuit: quem Veneti in Bibliotheca, ut thesaurum, adseruant. Nam & multa de eorũ rebus differit.

CONRADVS.

Conradus Ludouici, Arnulphi filij ex fratre nepos, vltimus ex nobilißima Caroli magni progenie, Germaniæ rex Cæsar designatur: nec tamen à Pontifice coronatur. Hic Vngaros, quos instigarat Berengarius (qui Imperatoris sibi nomen in Italia vsurpabat) ut iterum Germaniam depopularentur, superauit, Othonis Saxoniæ Ducis præsidio, cuius filius Henricus à Conrado morituro, Imperator declaratur, Imperij an. VII.

HENRICVS.

Henricus Othonis Saxonũ ducis filius, Aucuparius dictus, defuncto Conrado Germanorum imperio præficitur. Tum imperium à Caroli magni posteritate ad Saxones trãslatum est. Is Vngaros vicit, Sclauos subegit, Dalmatas

tribu

utarios fecit. Boemos imperij legibus subie-
Brandeburgum cepit. Vandalis subactis ad
e vsque (hi Christianam religionem tunc
lexi sunt) toti Germaniæ summam tran-
itatem peperit. Lotharingiã recepit. Otho-
filium, morti proximus, imperij successo-
instituit: cum imperasset annos octodecim.
nâdi libido his temporibus perniciosissimas
t factiones annis fermè LX. ab Arnulphi
ritu vsque ad Othonem primum.

OTHO.

OTho Herici Aucupis filius, natura & in
genij dotibus excellens, primorum Germa
consensu regni successor electus, Aquisgra-
episcop. Moguntinẽsi coronatus, ab Aga
Pont. multísq. proceribus Romanis Beren-
j III Albertiq. filij tyrannidem exosis, in
am accersitus, cùm quinquaginta arma-
n millibus venit: Berengarium imperio &
bertũ Italiæ regno deturbat, donata tamẽ
: liberalitate, parte Galliæ Cisalpinæ trãs
um. Inde abiẽs Ludouicum Francorũ re-
factione suorum in carcerem coniectum,
tati regniq. administrationi restituit. Ioan-
Pont. multorum criminũ reum officio de-
suffecto Leone: Boeslaum Boemiæ regem,
erfectũ fratrẽ, regno depellit, Vngarósq.
am deuastãtes aliquot prælijs afflixit quo
cto tres reguli à Germanis capti, inuito

impe

imperatori laqueo vitã finierunt. Berengarius Albertúsq. filius prælio victi, hic Constantinopolim, ille in Austriã relegati, vitã in squalore finierunt. Sicq finis fuit vel imperatoribus, vel regibus, vel tyrannis Romæ. Constantinopoli & Italia oriundis. Quibus confectis Romam profectus à populo Imperator & Augustus salutatus à Pont. Rom, primus Germanorũ principũ inunctus, imperij corona insignitur. Tandẽ moritur cum imperasset annos XXXVI. Hic primum imperator Pont. iuramẽtum præstitit, cuius forma extat 63. dist. cum tibi domino Ioani.

ROMANVS.

ROmanus Lecapenus obscuro genere natus non obstante sanctissimo iuramento, quod præstiterat, quo minus imperiũ sibi & Christophoro filio vindicaret. Constantinum generum imperio deturbaret & in ordinem redigere conatus, cum Bulgaricum bellum infeliciter gessisset, & sextum ac vigesimum annum imperio præfuisset, à Stephano filio captus, imperio exuitur & insulæ includitur. Mox eius filij à Cõstantino comprehensi (cum idem in Constantinum quod in patrem molirentur, in foueam, quam fecerant, incidunt) alter in Proconessum, in Lesbum alter relegatur.

ROMANVS IVNIOR.

ROmanus Cõstantini filius, Iunior appellatus, senioris ex filia nepos, luxu ac otio perditus

, vir omnium ignauißimus, post patrem
io suffectus, imperij curam cuidam Iose-
ringæ profecto tradidit: ingeniosus alio-
solers, vbi animũ adplicaret. Saracenos
t expulit: Turcas, Asiam vastãtes, Nice-
Phocæ ductu, vicit. Matrẽ Helenã ab se
t. Sorores vestitu regio exulas, regia eie-
e ob dolorem, quæstũ fecerunt meretricum:
idis ac crapulæ deditus, imperij anno de-
ertio veneno extinctus est.

NICEPHORVS PHOCAS.

Icephorus Phocas post Romanum Junio-
rem imperium adeptus, classe in Sarace-
ciliam occupantes, instruit: ipse in eosdem
n deprædantes exercitum ducit. In Sicilia
rduces acta haud bene cessit: ipse Ciliciã
gnam Asiæ partem lætis auspiciis rece-
ix Antiochiam noctu aggressus, pulsis Sa-
is, imperio subdidit. Bellorũ prætextu, cum
tributis & exactionibus populum & ec-
expilaret, numismata adulteraret, ac põ-
minueret, odiosus omnibus, à Ioanne Zi-
noctu dormiens in cubili occiditur: intro-
e etiam sicarios, Theophania Nicephori
. Imperauit ann. x. vel (vt Egnatius scri-
nnos sex, menses totidem.

IOANNES ZIMISCES.

nes Zimisces, Nicephoro Phoca interfe-
imperiũ, assecu⁹, omnes Nicephori necef-

serios è medio sustulit, & dãnatos ab eodẽ, exilio reuocauit. Basiliũ & Constantinum fratres, Romani Iunioris supradicti filios Cæsares fecit, & imperij cõsortes adsciuit. Splẽdoslauum Roxolonorũm regẽ, qui Bulgariam ferè omnẽ occupauerat, cũ exercitu toto cecidit, trophæáque in templum Constantinopolin retulit: & in nummis Christi Seruatoris imaginem percussit, cum hac inscriptione, IESVS CHRISTVS REX REGVM. Quod posteà Græci seruauerunt. Veneno sublatus est anno imperij sexto.

OTHO II.

Otho secũdus, Othonis primi ex Adelaida filius, re in Saracenos Græcosq; bene & feliciter gesta, à patre cõsors imperij adscitus, à Ioanne XIII. Pont. Rom. inunctus coronatusq; Henricum Bauariæ ducem rebellem armis domuit, & aduersus Lotharium Francorum regem, qui Lotharingiam sibi vendicabat, Franciam ingressus, Laodunensium Suessionúmque agris fœdis populationibus vastatis, Parisiorum quoque suburbia incendit. At dum reuertitur Germaniam, dum vado Axonẽ fluuium traijcit, graui incommodo à Frãcis afficitur, plerisq; suorum militũ atque verticibus absorptis, pluribus ab insequenti hostium multitudine interfectis. Mox, audita fama Saracenes Calabriam repetiisse, aduolat: at infeliciter congressus, ad Bassatellum vincitur occisis penè ad internecio-

gionibus, ac scapha cõscensa, à piratis in-
tus, in Siciliámq; perductus. Sed ibi agni-
e promissa Siculis ingenti pecunia libera-
mámque perduci obtinuit, & de piratis à
sumptum est supplicium. Beneuentanos,
conscripto exercitu, quod signa deseruis-
nperatos, & nihil tale timentes adortus,
cepit, spoliauit, incendit. Beneuento vrbe
, Romam reuersus moritur, cùm imperas-
us post patrem ann. x. Ferunt veneno ab
sublatum, propter seueritatem duriorem,
imperio vsus est.

CONSTANTINVS.

Constantinus & Basilius fratres Romani
unioris filij, rẽ post Ioannem tenuere ann.
. Othonis II. tempore. Basilius in primis
quinquaginta solus potitus, Bardã Scle-
num è Ducibus rebellantem, in potestatem
um oculis priuauit. Bulgaros deinde quo-
mmultuantes, magnis ac pluribus prælijs
n superauit, unà cum Samuele eorum du-
ſc quindecim millibus ex eis captis oculos
, vno incolumi relicto, qui cæteros ad Sa-
n eorum Ducem præiret. Ob id Samuel
ultò post animi dolore confectus, periit.
liatis imperij terminis, Basilius post
I. vita annum decedens, cùm imperasset
ann. Constantinum fratrem imperij suc-
m reliquit.

CONSTANTINVS.

Constantinus triennio tantùm post fratrem imperauit, vir omnino ignauissimus imperij totius cura aliis demandata. Decessit septuagenarius relictis filiabus Eudochia, Theodora, & Zoë, quam Romano Argyropylo patricio, qui sibi successit, matrimonio locauit. Circa hæc tempora Henricus Burgundiæ dux cùm liberos nullos haberet, Ducatum suum regi Gallorum moriens testamento legat.

ROMANVS ARGYROPYLVS.

Romanus Argyropylus, Constantini gener Imperij hæres, multa in melius mutauit, summa liberalitate in omnes vsus. Verùm cùm Saracenica Asiæ expeditio parum ex sententia cessisset, repentè mutatus, totum se ignauiæ, ac auaritiæ tradit: nec multò pòst Zoë salacissimæ, ac sterilis insidiis & Michaëlis Paphlagonis adulteri dolo intra balneas, aquis immersus obiit, cùm annos quinque & dimidium imperasset.

OTHO III.

Otho III. Saxoniæ Dux, Othonis II. filius à principibus Germaniæ Imperator. Romæ dictus, à Gregorio V, Pont. Max. consanguineo suo (Bruno anteà vocabatur) quē ille Pōt. creauerat, diadema imperiale accipit. Sed cū Saxoniā peteret Imperator, Gregorius Pōt. à Ioāne Pōt. adulterino vrbe pellitur. Otho irarū plenus, maximis copiis accinctus, Italiā ingressus Romā vi

capit

t. *Crescentium, consulem dissidij autorem, ...oculis erutis & auribus truncis retrorsum ... impositum & spectaculi loco per urbem ...nuectum interfecit: Ioannem Pont. exocu... Gregorium V. consanguineum suum pristi... restituit dignitati: qui sanctionem tulit, qua ...nunc usque diem seruatur, in hæc verba,* Crescentius exoculatus interficitur. Ioannes Pont. adulterinus exoculatur.

...PERATORVM NVLLVS HÆ...DITARIAM DIGNITATEM ...NDICATO: PRINCIPES, SEX ...CRI ORDINIS TRES, PROPHA... TOTIDEM, EVM DELIGVN... HI DISCORDES SI FVERINT, ...HEMIÆ REGEM COAPTANTO. Gregorij V. de imperat. eligendis sanctio.

...cum imperasset annis XIX. *Romæ moritur, ...sine veneni suspicione. Vxorem habuit Ma... filiam regis Aragonum, fœminam, ut di..., intemperantem. Mirabilia mundi vocatus ob ingenij promptitudinem & singularem ...lentiam. His temporibus Senonum urbs ob ...itis Reginaldi scelus regis Francorum pa...onio adijcitur.*

HENRICVS II.

[H]Enricus huius nominis II. *Bauarus, dictus Claudus, Othonis primi vel filius, vel ex nepos (nam id ambigitur) à Germanis electo...s, secundum Gregorij* V. *Pont. Ro. formulam, Im...tor electus anno incarnationis tertio supra ...simum; sub in Italiam aduentum per anno...*

duodecim distulit. Multa cum Gallis, plurima cum Metensibus bella gessit. Accepta Romæ à Benedicto VIII. imperiali corona, in Capuam mouit, Saracenos Italia expulit: Troiam in Apuliæ finibus vbi olim Hannibalis castra fuêre, à Græcis ædificatam, obsedit & per deditionem recepit. Hunc Henricum Historiographi multi efferũt laudibus, quod optimus Christianissimúsq; princeps cùm Simegunda vxore virginitatem, vel certè diutinam castitatem seruauerit: Hungarósque debellatos suasionibus & precum instantia ad fidem Christianam pertraxerit, data sorore Stephano Hungarorum regi in matrimonium. Cùm in imperio piè ac sanctissimè anno V. vixisset, mortuus, Vramberga sepelitur: Conrado Franco II. legitime electorum suffragio Cæsare declarato prius. Ob vitæ innocentiam & insignia miracula post mortem in diuorum catalogo adscriptus est.

Troia vrbs in Apulia.

Henrici castitas.

Hungari fidem recipiunt.

CONRADVS II.

Conradus Francus huius nominis secundus, post triũ annorũ inter regnũ, legitimo tandem Principum Germanorũ suffragio eligitur, virtute ac militari disciplina ad tantum fastigium euectus: cum sub imperij initium videret passim omnia turbari effecit, vt in imperij consortium filius suus eligeretur: ne se in Italiam, profecto sine capite certo imperij subditi inter se tumultuarentur in Germania. Mediolanum

um comparato exercitu diu obsedit: tamque
Romanam exitium urbi minaretur, deterritus
... obsidionem soluit. Itaque motis à Me-
lano castris Romam profectus, aurea corona
... anno XII. & imperij titulis ornatus est. In
... mos & Pannonas, qui rebellantem Italiam
... uerant, feliciter pugnauit, Basilicam Spi- Spirensis Basilicæ extructio.
... sem magnis sumptibus extruxit, in qua
... uxore sua Gisella, seu Gisla ex qua Hen-
... III. suscepit, cùm in humanis esse desijt
... ditus est: imperij anno XV. Hoc principe
... Tribvrgi ad Moguntiam habitum
Et Burgundia tunc diuisa est in Ducatum Burgundiæ diuisio.
... cet, & Comitatum: ut Ducatus ad regiam
... llicam: comitatus verò ad imperij ditionem
... tineret.

MICHAEL PAPHLAGO.

Michael Paphlago Zoës adulter, quiq; e... ... uiuum Romanū Argyropylum è me... sustulerat, ab eadem Zoë imperio præficitur ... stantinopolitano. Mancipiū fuit Barbarū, ... re vlla nisi formā commodatū, mente etiam ... motū, labensq; ad singula momenta, spumā ... per oris fundā. Quis nō effrenē in quinqua... ... aria fœmina libidinē execretur? aut fortu... ... ludū in hoc principe non admiretur? Ascriūt ... primum illa omnē imperij potestatem, Mi... ... tele velut ministro vsa. Sed non diu durauit ... c obseruantia: nā Michaël imperij habenas Zoes effrenata libido.

sibi retinuit, nec malè rexit. Tricennales inducias cum Aegyptio rege percussit. Edessam ob sidione liberauit. Domini in suos facilis, Zoæ propter expertam libidinem parum æquus fuit. Tandē intercutis morbo cum laborare cœpisset, Michaëlem Calaphatem, heredem imperij esse voluit, cùm imperasset annos ferè septem.

MICHAEL CALAPHATES.

Michael Calaphates, ignobilissimus à Zoa adoptatus, cuius parētes apud Paphlagones pice naues obliniuerant, unde & cognomen adeptus, consilijs dolosus: rei cuiuslibet simulator ac dissimulator, inuidus iracūdus, & ad quamlibet auram mobilis, cum Zoæ pedibus aduolutus sanctè iuraret titulo tenus se imperaturum, potestatem totam penes eam mansuram. His blanditijs ad Constantinopolitanum imperium euectus, quarè, perfidè ac crudeliter remsusceptam administrat. Ingratissimus enim in omnes patruum, autorē maiestatis tantæ primum eiecit, reliquos deinde consanguineos sustulit, inde Zoën: fingens sibi ab ea structas insidias ac venenum positum, à quibus innocens erat, relegauit: ipse interim genio indulget. Id indignissimè ferens plebs, Zoën ab exilio reuocatam, Imperatricem creant, Michaëlem fugientē capiunt excoculant unà cum fratre Constantio, quæ familiaris Græcis pœna est. Menses quatuor & totidem dies rerum potitus est.

Michael captus excæcatur.

HENRICVS III.

Henricus tertius Conradi primi filius, dictus Niger, cū imperij coronam accepisset Principum consensu, Vldaricum Boemiæ bello fatigatum tributum annuum sibi pendere coëgit. Petrum Hungarorum regem à ... expulsum, regno restituit: apud Capuam ... Saracenos vicit. Cæterùm pertæsus eorum, quæ ... agerentur, Romam contendens, abdicatis ... alterius pontificibus aliquot, Syndegerum Bambergensem episcopum Pontificiæ sedi præfecit, quem Clementem II. dixere, à ... Augusti Imperatorisque titulis præsente ... ornatus est: & ut caueret in posterum ... tificum securitati, iureiurando Romanos ... ut à Pontificum electionibus abstinerent. Inde Capuam nouo præsidio aduersus Saracenos firmauit. Henricum in Germaniam re... suis filium quinque annos natum Cæsarem ..., & Aquisgrani coronari curauit. Obijt im... anno XVII. Vxorem habuit Agnetam ... Guilielmi Aquitaniæ principis filiam. Hoc ... principe species secta Manichæorum resurgit ... Goslar, quæ omnis animalis esum execrabatur.

Manichæorum hæresis.

ZOE.

Zoë restituta & ab exilio reuocata, gratias ... populo egit, eiusque cōsensu imperio præest ... Constantinop. adscita Theodora sorore, ac tertio

viro Constantino Monomacho ab exilio reuocato, iungitur, quem Imperatorem pronunciat mensibus tribus vitæ exactis.

CONSTANT. MONOMACH.

Constantinus Monomachus imperatorio stēmate ornatus, princeps ignauus & luxu totus diffluens concubinam egregia alioqui forma iussa vxoris loco habuit, quam afflictam deperiit. Duo grandissima bella ciuilia sustinuit, alterum à Maniace Georgio, alterum à Leone Tornicio illata: & multa externa. Turcarum arma per Asiā tunc latius euagata sunt: vexatis tamen sunt Roxolani & Patzinacæ, Scythicum genus hominum. Hinc prima labes, hinc reliqua quæ consecuta sunt, clades ortum habuere, res pessum ob huius principis ignauiam ire cœpere. Demum ipse coniúxque vnà pestilentia eodem ferè tempore interiere. Imperauit anno XII. Liberalis in pauperes ac tēpla fuit. Cœnobium instituit, vbi senes alerentur: vexabatur podagra.

THEODORA.

Theodora Zoæ soror Senatu nō cōsentiente, biennio rexit Imperium, ab Eunuchis amicis paternis, qui potentes erant confirmata, cùm Nicephorum quendam, qui Bulgariæ præerat, Imperatorē Senatus elegisset. Hac imperatrice tanta domi forísq; quies & otium fuit, tanta rerum omnium vbertas, vt fœminei im-

rij neminem pœniteret. Verum ingrauescente iam ætate morbo, Eunuchorum illecebris adducta, Michaelem iam senio confectum Imperij cura participem fecit.

MICHAEL SENIOR.

Michaël senior, vir genere & opibus clar⁹, & ad imperandum minus idoneus, ætate iam prægrauante, post Theodoram ab eisdem Eunuchis imperio præficitur, hac conditione, ut titulo tenus imperator esset: illi verò administrarēt. Cúmque Reip. inutilis videretur, à Patriarcha Senatúque deiectus, in ordinem factione Comneni, cùm vix annū rerum potitus esset, redactus est. Priuatus factus non multò post fatis naturæ concessit.

HENRICVS IIII.

Henricus quartus quem tertium Egnatius facit, superioris filius impietati ac omni sceleri deditus: insuper à Gregorio VII. (qui Hildebrandus dictus erat) cui infestus erat, hostis Ecclesiæ appellatur & sacris interdicitur. Qua re commotus, exercitu conscripto, cum Clemēte, quem pontificem in Germania creauerat, Romā petēs, Basilicas D. Petri & Pauli euertit, Gregorium Pont. obsedit. Agnetem matrem fœminam prudentissimam, eius facta improbantem à rerum administratione amouit. Rodulphum Hildebrandus Henrico sacris interdicit Agnes Henrici mater.

Impe

Imperatorē à principibus, Gregorij Pont. hortatu creatis, multis prælijs vicit. Expeditionem Hierosolymitanam Christianorum principum tunc primùm incipientem, impedire conatus est, A filio Henrico, quem Imperatorem delegerat, captus & Leodij custoditus, pudore carceris post annum XLVIII. Imperij miseram animam efflauit. Rodulpho misit Hildebrandus coronam cum hac inscriptione. Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho. Quo significare voluit, à Christo imperium collatum esse Pontifici, & ab hoc vicißim principibus conferri.

HENRICVS V.

HEnricus quintus quarti filius, post patrem quem bello & armis insectatus fuerat, imperij fasces suscipiens, animū patris, maximè in pōtifices retinet: nempe Paschalis pontifex hūc ab vrbis ingressu prohibere voluit: sed tanta iniuriæ ferox adolescentis animus impatiens, Pōtificem in potestatem redegit, & ab eo coronam extorsit, cum inhumaniter satis in clerū Romanum sæuitum est. Quæ cum posteà, quasi per vim facta, in concilio reuocasset Pōtifex, Henrici furorem rursus ad repetendam vrbem excitauit, vbi iterum, Pontifice absente, à præsule Bacharensi diademate redimitur. Tertiò posteà in Italiam traiiciens, Gelasium II. Vrbe pellit, His gestis, Germaniam repetiit, vbi moritur, nullis relictis liberis, anno imperij XV.

Gelasius secundus vrbe pellitur.

pira sepelitur. inter maiores :

ISAACIVS COMNENVS.

Saacius Comnenus gente nobili ortus, in obeundis negotiis expeditus, fortis, pace belloq; strenuus, infractus, moribúsque arrogantioribus, st Michaelem imperio præficitur, adiuuante atriarcha, quem postea ingratus & accepti. neficij immemor cum suis relegauit. Inter venandum lateris morbo correptus, cùm de salute sperat, cucullam induit, ac imperio se abdicat. Isaacius imperio, se abdicat. l'ccusatus quod in Michaëlem tyrannide usus set. sese Reipub. causa id fecisse, dixit. Biennio r tribus mensibus imperio præfuit Constantipolitano.

CONSTANTINVS DVCAS.

Constãtinus Ducas Senatus populiq; consensu Isacij successor declaratus, conspirationem sub initia grauem excepit, quàm non sie discrimine vitæ compressit. Tres ex Eudoxia liberos suscipit, totidémque fœminas. Pietatem coluit, æquitatem obseruauit, Reip. parenter satis præfuit, sed auaritia supra modum editus suorum sibi odium conciliauit, hostibus nperij res vndique vexantibus ludibrio fuit. Terræmotus grauis. d externa mala Constantinop. clades accessit; empe grauis terræmotus quo templa ædésque multa corruere. Excessit anno ætatis sexagesio, imperij XII. vel vt aliis placet, VI.

EVDO

EVDOCHIA.

EVdochia Constantini ducæ uxor unà cum filiis, nondũ imperio maturis marito succedit. Poterat fortasse res domesticas muliebri prudentia non incommodè administrari, si foris cessassent bella: sed imminentibus undique Barbaris, & imperij multas regiones vastantibus fortissimum principem, qui tantis periculis occurreret, hostiúmque impetus compesceret, & Remp. prudentia sua ac fortitudine tueretur, à Senatu populóque deligere coacta Romanum cognomine Diogenem; post menses imperij septem filiis non improbantibus, virum sibi adiunxit.

ROMANVS DIOGENES.

Imperator oculis priuatus deportatur.

ROmanus Diogenes suscepto imperio, cùm victoria contra Turcas esset potitus, & eã Rēp. metu liberasset: à Senatu quod imperij iure pupillos priuare videretur, captus, oculísque priuatus in insulam relegatur, ubi ab Eudochia uxore sepelitur, post imperij annos tres, menses octo. Huius pater patricius ordinibus præfuit, & ob seditionem in Sardiniam ad exulandum missus.

MICHAEL.

Parapinaceus.

MIchael Constantini Duca filius, à fame, quæ sub eo inualuit, Parapinaceus cognominatus, imperio surrogatus, ad administrãdum minimè aptus, duobus Eunuchis rerum cura tradita,

...studiis tantum literarum & versibus facti-
...dis vacabat. Quare præfecti, Turcis unde-
...q; imminentibus, velut coacti, Nicephorum
...tonicum, qui originem à Nicephoro Phoca
...peratore ducebat, imperatorē sibi delegerūt:
...tum in principis ignaui inuidiam, facile ciues
...nstantinop. admisere, Michaële prius, cum
...ore & filio in monast. rioū detruso, ut in mo-
...bum recepta. Imperauit annos sex.

NICEPHORVS.

Nicephorus in Michaëlis locum cooptatus,
Constantinū, Constantini Duca filiū im-
...ium sibi asserere contendentē, captum totonsum
...ac in sacerdotē inunxit. Verùm haud multò
Nicephorus ab Alexio Cōneno militibus
...ptior decept⁹, imperio deijcitur, urbe à mi-
...us, ipso die Paschæ direpta, & in cœnobiū
...icitur, ubi aliquandiu vixit: imp. rij anno
...io. His temporibus Gofridus Bilionius Lo- Gofridus
...ingiæ Dux expeditionem in Iudæam ad- Bilionius.
...us Saracenos sumpsit, quàm illustrissimi ac
...tantissimi è Gallia principes comitati sunt,
...nditis vel oppigneratis bonis suis.

ALEXIVS COMNENVS.

Alexius Cōnenus Nicephori successor ve-
...luti ex pfesso Latini nominis hostis præter
...m, quod cum Roberto Viscardo infeliciter

gessit, Venetis etiam annis adiutus Gallorum memorabilē illam expeditionem, quam suspectam semper ab initio duxerat, perturbare conatus est. Caeterùm non succedente consilio, his conditionibus commeatu, & aliis necessariis rebus adiuturum se Gallos recepit, si quaecunque cepissent ex hoste sibi restituerent: ex ducibus nostris certè plurimum Boamundo Normanno deferre visus est. Inde ad pacis artes conuersus orphanotropeion erexit & musaeum: in altero pueros puellásque parentibus orbos alendos, in altero erudiendos instituit, sumptúsq. his ex regio vectigali dat. Ad supplicia minimè praeceps, moribus moderatus. Tandē morbo fatigatus post VII. & XXX. imperij annum, menses quatuor cum dimidio, moriens, Ioanni filio, reluctante in primis matre, imperium reliquit.

CALOIOANNES.

Caloioannes Alexij Comneni filius, mortuo patre imperiū adeptus, consanguineos suos dignitatibus ornat, in Isaacium fratrem propensissimus, quem incredibili charitate dilexit: Gallis & Venetis infestus fuit. Victorias multas ac praeclaras in Oriente cōtra Turcas, Persásque assequutus, ad extremum, cùm esset in venatione, ac telo à seipso intoxicato, quod in aprū tendebat, digitum dextra sauciasset, moritur, post quintum & vigesimum imperij annum. Manuelem fratrem natu mino-

n imperij hæredem dixit, cùm Isaacium mi-
s aptum sentiret: non contemnendus omnino
inceps.

LOTHARIVS II.

Otharius secundus, quem nonulli Luderū
vocant. Saxonū Dux, ab electoribus Impe
or creatus, cum Cōrado (qui post imperauit)
sidium de imperio maximum habuit: quòd
nen D. Bernardi opera sedatum est. Aduer
Bohemos expeditionē tentauit, at res incon
e cœpta, plurimos ex suis amisit, & pax v-
ique desiderata, vtrinque etiam accepta est.
in Italiam profectus est, primum ad cōpes-
dos motus contra Innocentium secundum
uo coronatus est) propter noui Pontificis
tionem Romæ coortos: deinde cōtra Rogeriū
npaniam & Apuliam iniuste possidentem,
n Italia expulit. His rebus compositis peste
inere correptus obiit, cum imperasset annos
lecim.

CONRADVS III.

Onradus III. genere Sueuus, Bauariæ
rex, Hērici IIII. nepos ex filia, imperiū
ensu principum nactus, expeditionē omniū
issimā tentauit: Asiaticam scilicet, contra
cenos, quā prius tamen parauerāt Ludoui
unior, Ludouici Crassi filius, Gallorum, &
ardus Anglorū reges. Traiecto námq. Bo
ro Thracio immaturè, obsidionē Iconij sol-

uere coacti sunt réq. infecta maximo regū dedecore discessum, fraude & perfidia Emanuelis Constantinopolitani Imp. vt in Emanuele dicetur. Cōradus ad suos in Germaniā reuersus inglorius nondū Imperij diademate suscepto vitam cum morte commutat, anno imperij XV.

EMANVEL.

EManuel, siue Manuel Caloioannis frater, vel, vt alij volunt, filius, vir sceleratus & Reip. Christianæ perniciosus, Cōstātinop. Imperator, Cōradi, ad expeditionē Ierosolymitanā proficiscentis, militibus fame laborantibus, commeatu eos se iuuare simulans, gypsum contusum farinæ immistū per summum scelus dedit. Simili fraude impius ille Ludonicū Francorū regē decepit: sic breui magna militum nostrorū vis consumpta est: & ex tanta militum nuper multitudine vix decimus euasit. In Venetos, Stephanū Pannoniæ regem excitauit: eorumque legatum Dandalum liberius loquutū, contrà ius gentiū vtroque lumine priuauit: negotiatores, quos simulata pace euocarat, fœdifragus ille comprehendit, quare armis Venetûm pressus (promissa bonorum restitutione) equis pensionibus impetrat. Prælium cum Turcis funestissimum gessit, in quo penè captus est. Demū cum Astrologiæ peritissimus haberetur, sponderetque sibi multos adhuc vitæ & imperij annos post imperii ann. XXXVIII. monasticā secutus vitā morbo periit.

ALEX

ALEXIVS.

Lexius admodū puer patri Manueli succ cessit. Andronicum callidum & impium orem testamento sibi à patre relictum, infe-imum habuit. Is enim Latinis, qui puero fa-ant pulsis, Alexium cognatum quindecim os natū, cum treis à Patru morte rerum pe-s esset, libidine regnandi excaecatus, clan-erè excruciatum necat, capitéque truncato quum cadauer culeo insutum in mare pro-

FRIDERICVS.

Fridericus cognomento Aenobarbus, à co-lore rufae Barbae natione Sueuus, patre Fri-co, qui frater Conradi regis fuit, in Italiam iciens Mediolanum, Derthonam, Crema-, pluraque alia loca ab eo desciuissent, sola-uit. Romam ingressus ab Hadriano IIII. t. clausis Vaticani portis diademate insigni Romanorum impetum eò per vim irruen-euitare non potuit. Mox reuertens omnia latus, post aliquot annos iterum Romam redit, Alexandrum Vrbe fugat, Vatica-simul cum D. Petri Basilica occupat. Infe-r tandem Mediolanenses, quos Veneti tu-ntur aggressus, vix fuga elapsus est. Inita rdia & simulate omni deposita, Syriaca tus expeditioni, in amnis transitu mersus e dicitur an. imperij XXXVII.

HENRICVS VI.

HEnricus VI. Friderici filius, Asper à moribus dictus viuēte patre Romanorū Rex designatus, consensu Germanorum Principum Aquisgrani coronatur, dein mortuo patre à Clemente III. Pont. data illi Constantia virgine Deo dicata, & vitro matura, Rogerij Normani filia in vxorē Imperator inauguratur, ea conditione, vt in eius gratiam Tancredum spurium Siciliæ regno pelleret; quod ad se Pontifex pertinere contendebat. Igitur Henricus comparato exercitu, breui Tancredum expugnat, Neapolim per vim capit, ac diripit: duas Tancredi filias innuptas interficit. Sunt tamen qui scribāt postea Imperatorē ab incœpto auertisse, & Tancredo mortuo potitū regno fuisse, Post hæc Messanæ ægrotans moritur, postquā imperasset ann. VIII. relicto Friderico filio ex Constantia.

ANDRONICVS.

ANdronicus Comnenus occiso Alexio cognato, imperiū adeptus (vt tyrannidē stabiliret) proceres omnes quorum suspectam virtutem habebat, breui interfecit. Omnibus ob infestam sæuitiam inuisus, cùm vndiq; à Gulielmo Siculo premeretur, tandē ab Isaacio Angelo præter suam omniumque opinionem prælio victus, imperio deiicitur; captúsque ac per vrbē camelo sedens, circumuectus manu abscissa, caput alio

um recte, diadematis loco præcinctus, vitalóque
sesso; turba vulgique tumultu lacer, periit.
triennio rebus præfuit.

ISAACIVS ANGELVS.

Isaacius Angelus, Comnenorum stirpe è medio sublata, post Andronicũ, præter omnium spem, summa rerum potitus, classem ad recipiendam Cyprum frustra comparauit. Bellũm cum Mysis infeliciter gessit. Fridericum Aenobarbũ Imperat. in Syriam properantem magnificè excepit. Ab Alexio fratre natu minore, quem Turcis captũ magno redemerat, per summum scelus imperio oculisq; priuatur, & in carcerem conicitur. Eadem impietate Alexium nepotem suum an. XII. agentem voluit perdere. Tandem post longam captiuitatem à filio Alexio carcere eductus imperióque restitutus, morbo aeris (ut creditum est), insolentia contracto obiit; an. imperij XVI.

PHILIPPVS.

Philippus Friderici Barbarossæ filius, Henrici VI. frater, à Germanorum procerum parte maiore Imperator eligitur. At Innocentius III. Othonem Saxoniæ Ducem, cuius maiores Pontificiam dignitatem olim tutati sunt, ab aliquot principibus electum, confirmat, iungit, coronáque imperiali exornat. Qua discordia ad arma ventum est. Othoni Anglorum, Philippo Gallorum rex ex professo suppe-

tias tulit. Preualuit tamen Philippus, profligatóq; sæpius Othone verum tandem potitur. Deinde postquam Philippus annos nouem imperasset, à Comite Palatino Othone de Vvittelspach (aiũt fatale id sibi accidisse) miserè Bamberga occiditur, ea die quo à medico ei vena incisa fuerat. Huius Othonis de Vuittel. genus celebre & clarum fecerat Fridericus primus huius Philippi pater.

OTHO.

OTho Saxonũ Dux, quẽ in Philippi odiũ Imperatorem legerat Innocentius Põtif. Philippo mortuo, à Germanis primatibus ad tollendam discordiam facilè sufficitur, coronatúrq; Romæ confestim omnium consensu ab eodem Innocentio Pon. Cum verò & Pontificiæ ditionis quædam oppida caperet, & Friderici minoris regnum Siciliæ inuaderet, sacris interdicitur, imperióque deiicitur. Fridericúsque, illi iam professo hostis, adnitente Innocentio Imperator creatur, & adiuuantibus Italis insectatur. Victus in Germaniam proficiscitur, vt res componeret, Francorum regi Philippo I I. bellum indicit: nec sine manifesta vi numinis, & Gallorum virtute, memorabili clade affectus, & in pugna Bonomiensi victus, in patriam inglorius se recepit: vbi paulò pòst mortem obiit, cùm ann. tantùm IIII. imperasset.

ALEXIVS ANGELVS

ALexius Angelus fratricida, princeps planè impius fratre natu maiore, imperio oculisq. (vt diximus) priuato imperium occupat, Alexium Isaacij filiū nepotem suum perdere conatus. Sed non multò pòst grauis vltio adfuit. Restitutus enim Byzantio per obsidionem expugnato nepos patrem è vinculis eductū, adhuc viuentem imperio restituit. Ipso autem Alexio fratricida nocte concubia fuga dilapso, nepos Alexius post patris Isaacij subitam mortem imperator dictus est, Gallorum Venetorúmque armis praeualentibus.

ALEXIVS IVNIOR.

ALexius iunior (qua dictum est ope) imperio Orietali restitutus, fœdus cū Gallis et Venetis sanciverat, hac cōditione vt Patriarcha Constantinopolitanus Rom. pontifici, tanquā maiori, subesset, & dāna Francis Venetisque à Manuele illata compensaret. Qui cum rerum, quas promiserat, satageret, à Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad summum dignitatis gradum euexerat, puer admodum mense post restitutionem vix exacto, necatur: d Myrziphlus imperio occupato et vrbe Byzantia amissa, in Peloponneso à Francis Venetisque captus & Constantinopolim retractus, per summam ignominiam, & cruciatus miserè periit. Excellens Francorum Venetorúmque

virtus imperium, quod tot annos factiosissima & turbulentissima Graecorum natio possederat, Latino nomini facilè asseruit.

BALDVINVS FLANDRVS.

BAlduinus Fládriae Comes, capta vrbe post Murziphli tyranni fugam, XV. virûm suffragio (quibus ex procerum consilio creandi Imperatoris deligendiq. Patriarchae potestas irrefragabilis esset attributa) Imperator Constantinopolitanus eligitur. Veneti Thomam Maurocenum (quando ita conuentum fuerat, vt si ex Francis designaretur Imperator, Veneti Patriarcham designarent) patriarcham designãt. Qui statim Romam profectus ab Innocentio III. liberiore quàm petitum fuerat animo in Constantinopolitanum Patriarcham confirmatur, quòd ea ecclesia verè tunc Romano Pontificatui subiiceretur. Mox reuersus celeberrimo gentium conuentu Balduinũ confirmatũ authoritate Apost. corona donat: qui vix anno circumacto, cum, praeter Adrianopolim omnia recepisset, moriens Henricum fratrem successorẽ habuit.

HENRICVS.

HEnricus audita Balduini fratris morte, Adrianopolitanam obsidionem soluens, Constantinopolim reuertitur. Imperator declaratus pacem cum Valachis firmat, filia Ducis in vxorem ducta. Inde in Thessaliam profectus, Gulielmum Bonifacij filium Thessaliae

regem

gem declarat. Mox ordinatis cunctis & di-
ositis intempestiua morte decedens, Iolantam
iam Petro Altissiodorensi nuptam haredem
liquit, post imperij annum undecimum, vel
t alij scribunt XIII.

FRIDERICVS,

Ridericus II. patre Hērico VI. ex Cōstan-
tia, præstātissima muliere, annorū non ma-
s. quàm prudentiæ plena, matre genitus, auo
o Barbarossa haud dissimilis, tum ambitione
s militaris, tum prudentia & consilio, quibus
mnia pericula vicit, Othone V. defūcto in Ro.
gē electus, Romæ ab Honorio III. imperiali
iademate insignitur, Mortua Constantia ma-
e, tres Romanos insectatur pontifices: Hono-
um scilicet III. Gregorium IX. & Innocen-
um IIII. Italiā omnem in factiones (quæ tunc
mū in Hethruria per Guelph & Gibel du
s Teutonicos cœpere) Guelphorū et Gibellino
um scidit. Quæ nomina vtiq. Italiæ perniciosis
ma, duos Pontifices, ad mortē vsq. exercuere.
Mediolanēses, q Pōtifici fauerēt, prælio vincit:
Petrum Tiepolum eorū ducem captum, crudeli
er necat. A Pontifice Innocētio IIII. Imperio
bdicatur, diris persequitur. Hēricus Thurīgiæ
Landgrauius (ea est apud Germanos dignitas)
mperator dicitur. Quæ omnia haut magni æsti
nans, regnū Siciliæ occupat. vbi morbo corre-
tus, Manfredi filij nothi dolo necatur, cum an

nos duos & triginta imperio præfuisset. Hic Bononiense gymnasium, quia ciues imperatis non statim paruissent. Patauiū trāstulit: ex Florentia etiam Guelphos eiecit. Vxorē habuit filiā regis Hierosolymitani, ex qua titulus regni perpetuò apud posteros Siciliæ reges manet. Circa hæc tēpora Robertus D. Ludouici regis Frācorum frater, Lutetiæ Sorbonam instituit.

PETRVS ALTISIODORENSIS.

PEtrus Altisiodorensis uxorio iure inuictus (quando mascula proles nulla supererat) ab Honorio pontifice ad Laurentij fanum Romæ imperii insignia accepit. Inde rediēs, cum Dyrrhachium in Venetorum gratiam frustrà tentasset, à Theodoro Lascare, qui se Adrianopolitanum ac Græcorum Imperatorē dicebat, simulata pace præter iurisiurandi religionem ac fidem, in Thessaliam comiter euocatus medio conuiuio obtruncatur, imperii anno quinto.

ROBERTVS.

RObertus patri Petro Altisiodorēsi succedens, ac sese optimè gerēs, ad paterna captiuitatis nunciū, Byzantiū aduolat. Hic spōsam uniūs ex suis purpuratis proceris Burgūdi conscia matre rapit. Quod ægrè ferens Burgundus, cū domesticis in regiam irrupit, nares puellæ abscidit, matrē, quæ noui matrimonii conciliatrix erat, proximū in mare demersit. Quam iniuriam ulturus Robertus, Romam cōtendit.

Inde reuersus, in Achaia morbo deceßit, anno imperij septimo.

BALDVINVS II.

Balduinus secūdus patri Roberto sufficitur, qui quòd iunior esset, in regēdo Imperio ad iutorem habuit Ioannem Brennium socerum, regem Hierosolymitanū. Quo extincto Balduinus solus imperium gessit; atq; tandem amisit. Nam praualentibus Graecorum armis, oppignorato Venetis filio & crucis Dominicae parte, atque etiam omnibus templorum donariis, ingentem exercitum ad Bosphori fauces obiicit: sed bello perseuerante, ac Michaele Palaeologo instante, in fines suos redire coactus est, seq; cum exteris in fugam vertere, ex quo Graeci statum pristinum recuperarunt. ita dum externam vim formidat, domestica opprimitur.

ALEXIVS.

Alexius cognomento Angelus, vel vt aliis placet, Murziphlus aliquot annos imperium tenuit: prolem masculam ex vxore nullam habuit: sed filiam tantum nomine Irenem. Hic Balduino succeßit.

IOANNES DIPLOBATAZIVS.

Ioannes Diplobatazius Irenem Alexi filiā vxorem accepit: eique traditum imperium est: liberumque habuit nomine Theodorum.

THEO

THEODORVS.

THeodorus tres ex vxore filias suscepit, qui à Gallis bello lacessitus ac fugatus eas Nicenis seruādas tradidit: sed nō sine multis precibus: nam ei portas clauserāt. Interim collecta multitudine Adrianopolim capit. vnam ex filiabus regi Pæonum alteram Andronico Lascari Despota vxorem dedit: quo mortuo eam Ioannes Bataza vxorem accepit.

IOANNES BATAZA.

IOannes Bataza apud Zacynthum imperij titulum extra patriam tenuit annis XXXIII. Huic filius fuit Theodorus Lascaris dictus, quē pater moriens Michaeli Palæologo viro in armis strenuo commendauit. Sed ille puerum cùm interfecisset, sibi & posteris per summum scelus Imperium vindicauit.

MICHAEL PALÆOLOGVS.

MIchael Palæologus ex Viterbio originem ducēs, capto Byzantio, occisóq; (vt diximus) Theodoro, Imperium arripit. Hic inter cætera Gulielmum quendam Gallicum Achaia & Bithynia principē regno spoliat: fuit Venetis inimicus, à quibus imperio deiectus fuisset, nisi Genuenses obstitissent. Accepti verò beneficij non immemor, illis Peram ciuitatē concessit. Inde Lugdunum venit, vt concilio, quod Gregorius decimus indixerat, interesset. Vnde tantam suæ gentis contraxit inuidiam, vt vita de-

functo iusta non persoluerint, imò verò sepulturæ locum negauerint, quòd videlicet à patrio ritu desciuisset. Hic annos quadraginta & amplius rebus præfuit.

RVDOLPHVS.

RVdolphus Habspurgensis seu Habispurgensis à Friderici morte anno duodenigesimo (tot enim interregni spatiũ fuit) Alphonso Castellæ posthabito Imperator eligitur. Lausanæ à Pontifice confirmatus, Othocarũ Bohemiæ regem prælio victum occidit. Pseudofridericum, qui se in Sueuis erexerat, Nauésque combussit: Æthruriæ oppida præfecti virtute vi expugnauit. Cæterùm in Italiã non est profectus, neque coronam imperialem Romæ de more maiorum accepit, solitus Aesopi fabulam recitare de vulpecula, quæ leonis ægrotantis legato respondit: Optare se vt leo conualesceret, idq; oraturam superos: Cæterùm minimè visuram leonem, terreri enim se vestigiis, omnibus leonis antro aduersis, & nullis auersis. Idque indicium esse, multum quidem animalium introisse, sed exisse nullum. Ad eundẽ modũ apud se reputabat Rudolphus, maiores suos sæpe magnis copiis ingressos Italiam, sed malè acceptos plerunq; rediisse. Hic redacta sub ditionem Austria, Albertum filium suum in ea ducem instituit, à quo originem trahunt Austriaci principes ad Carolum quintum vsque, & Ferdinandum eius fratrem. Obiit Horat in primo epist.

XVIII.

XVIII. imperij anno. quo imperante Albertus cognomento Magnus floruit.

ADOLPHVS.

ADolphus Comes de Naussau imperij titulis donatus, primum in Columbarienses mouit. Inde dum in Albertum Rudolphi Caesaris filium, Austriae ducem bellum parat, à Proceribus Germaniae eius sordes ac ambitionem pertaesis, imperio destituitur, in cuius locum cooptatur Albertus. Sed cùm cedere imperio nollet Adolphus, armatis copiis contra eum profectus est Albertus, & infestis signis vtrinque pugnatum prope Vvormaciam, quo in conflictu periit Adolphus, ann. imperij VIII.

ANDRONICVS SENIOR.

ANdronicus Paleologus senior patri Michaeli successit, & ad Graecanicam sectã reuertit. Hic ex Vngarica vxore filium habuit Michaelem dictum à nomine aui.

MICHAEL.

MIchael Andronici senioris filius imperio praeficitur Constantinopolitano; nec illius praeclara memorantur gesta genuit hic Andronicum iuniorem.

ANDRONICVS IVNIOR.

ANdronicus iunior vir impietatis maxime patri successit, Andronicũ auum Genuensium auxilio fretus deturbauit, ac omne

imperij

imperij ius in se transtulit. Sed tandem à Venetis Andronicus ille senior auus iunioris, restitutus est imperio. Vnde inter Genuenses & Venetos inimicitiæ fuere maximæ. Sed Seniore mortuo, anno post quam imperare cœperat XVIII *solus imperauit Andronicus iunior, qui aduersus Romani nominis hostes multa præclarè gessit. Tandem undequinquagesimo ætatis anno moritur, febre, capitisq. dolore intra quadriennium confectus, anno imperij circiter* XVI. *Reliquit autem filios Caloioannem et Manuelem, quos Ioanni Catacunzeno, tanquam tutori, commendauit.*

ALBERTVS.

Albertus Rudolphi Cæsaris filius Austriæ dux, deuicto & occiso Adolpho, principum suffragio, & Bonifacij VIII. *pontificis assensu (cum id obstinatissimè antea in Philippi Pulchri Gallorum regis odium, negasset) imperij corona donatur, ea conditione ut Gallorum sibi regnum vendicaret. At Philippus data filia in uxorem Alberti Cæsaris filio, effecit ne quid in se tentaret Albertus. Tandem à Ioanne fratris filio prope Rhenum interficitur post decimum imperij annum.*

HENRICVS VII.

Henricus VII. *Lucelburgensis comes, Cæsare sic interfecto, Rom. Imperator declaratus*

Comitem Vuittenbergensem, quòd imperatori parere nollet, iugúmq. detractaret, fortunis omnibus exuit. Huic Clemens V. Pont. ratum ea conditione fecit imperiū, ut Italiam primo tempore peteret, quæ variis tum agitabatur tumultibus. Per Taurinos igitur saltus in Italiā penetrans, Longobardiā capit. Turrianam factionem opprimit, & Mediolani ferrea insignitur corona. Inde Romam profectus, post diadema acceptum ab Vrsinis expulsus, cùm Florētinos, qui iam de salute desperabant, graui obsidione premeret, veneno in Eucharistia dato, opera monachi cuiusdā prædicatorij è medio sublatus est.

LVDOVICVS.

LVdouicus Rudolphi Imperatoris ex filia nepos, & Fridericus Austriæ dux discordia principū Impp. electi, ambo VIII. annis vario marte decertarūt. Tādē Bauarus Austriæ duce capto & occiso solus rerū potitur, seq; imperatorē, citra pōtificis assensum, appellat. Qua iniuria offensi tres ex ordine pontifices, nempe Ioannes XXII, Benedictus XII, & Clemēs VI, illi sacris interdixerūt. Verùm hæc pontificiū fulmina & decreta contēnens Italiam mox petit, Mediolani primo ferream accipit coronā, inde Romæ à Stephano aureo diademate insignitus, Petrum Corbariū minoritam, pontificem creat, quem Nicolaum appellari voluit: & præfectos in oppidis iuris Pōtificij alios dedit, Pontificem

aemulatus, qui & ipse Galliae Cisalpinae multos autoritate sua regulos praefecerat. Tandem imperij anno XXXIIII. *obijt.*

CAROLVS IIII.

CArolus IIII. *Bohemus Iohannis Lucelburgensis, Bohemiae regis filius, post Eduardu̅ Anglum & Gantheru̅ Montis Nigri regulum Caesares electos, & altero post alterum vita functo; Caesar designatur. Hic Ebrardum Vuirtembergensem Comitem ingenti exercitu oppressit atque depopulatus est. Pragam cum magnificentia operum, imperij interim maiestate neglecta, tum literarum studio excoluit. Romae Innocentij* VI. *iussu aureo diademate a duobus cardinalibus, hac turpissima pactione redimitur, ut acceptis insignibus confestim Italia abscederet. Maximam laudem meruit ob auream bullam conditam, in qua multa, quae ad publicam pacem pertinent, commode co̅plexus est. Obijt imperij anno* XXXII. *Venceslao filio prius Caesare declarato.*

IOANNES CATACVNZENVS.

IOannes Catacunzenus inter Caloioannu & Manuelis, Caloioanne̅ generum sibi elegit, filia in uxorem tradita. deinde exorta discordia generum expulit, seque imperatorem fecit. Sed tandem Catacunzenus in exilium mittitur, monasticam vitam sequitur, & Caloioanni restituitur imperium.

CALOIOANNES.

Caloioannes à Catacuzeno iniuria accepta, in Tenedū venit, cui Genuēses auxilium tulerūt, vt iure hereditario imperij dignitatem & amplitudinē recuperaret. Hic ab aliis non Caloioannes, sed Ioannes dicitur, quem affirmant Turcarū fauore & auxilio usum: eisq; in Europa primum locum inhabitandū tradidisse. moriens filio Manueli reliquit imperium.

MANVEL.

Manuel prædicti Ioannis filius post patrē imperium adeptus, septē genuit liberos, quorum Ioannes natu maximus patri successit. nec de eo quicquā aliud memorabile proditur.

VENCESLAVS.

Venceslaus Caroli IIII. filius patri aūq; dissimilis omnino p ignauiam & socordiā imperij res afflixit, afflixissetq; diutius, nisi à Sigismūdo fratre captus, mox etiā Germanorū procerū cōsensu, abrogato illi imperio, Robertus Bauarus illi surrogatus esset. Hic Galeatiū, qui magnā Italiæ partē suo dominio adiecit, ex Comite Mediolanensibus primus Ducē dedit: quæ dignitas ad nepotes transiit. Apud fratrem in carcere obit Venceslaus anno imperij XXII.

ROBERTVS.

Robertus, qui et Rupertus, Bauariæ Dux, in locū Vēceslai defuncti suffectus, statim post initum imperium à Florentinis ad Ioannis

Galeatij

Galeatij comprimendam potentiam accersitur. Cum quo ad Benacum congrèdiens, facile repellitur. Vnde mox ad Venetos Tridentinósq; deflectens humanißime ab his excipitur: inde incassum Florentinis adnitentibus ne Italia excederet, in Germaniam retro abijt, paci religioníq; vacaturus, annóq; imperij x. vita functus, Florentinos in magno reliquit discrimine.

IOANNES.

IOannes, patre Manuele mortuo imperat: qui cōcordiæ pacísq; studiosus, Italiā petijt, ac Florentino Cōcilio cum Eugenio IIII. pōtifice interfuit. mox domū reuersus non diu superuixit. Iosippo etiam Patriarcha Florentiæ defuncto.

SIGISMVNDVS.

SIgismundus Caroli IIII. filius Vencestai frater, puer adhuc vxorem duxit Moriam filiam regis Pannoniæ. Capto fratre Vencesłao Bohemiæ regnum hæreditarium assequitur. Inde Roberto vita functo omnium votis imperator designatur. Triennio magnam Europæ partem pacis studio peragrauit, quo schisma pontificum tolleret. Germanos principes, quòd Latinas odissent literas, sæpe accusauit. Suæ gentis inuidiam sibi conflauit, & à Turcis ac Bohemis sæpe bello lacessitus est. Cúmq; sine virili prole deceßisset, Albertum Austriæ ducem filia maritum hæredē reliquit anno imperij XXVII. & in Arbaregali Vngariæ sepelitur.

ALBERTVS AVSTRIÆ DVX.

ALbertus Austriæ Dux, Sigismundi gener, biennio feliciter imperauit. Morauos ac Sarmatas intra suos fines quiescere compulit. Bohemiæ factiones penitus attriuit. Amurathē Turcā, qui Vngariā inuaserat, vicit, fugauitq; Sinderonia vrbe in deditionem accepta, inde in Græciā cōtēdēs, Thessalonicā expugnauit. Tādē Austriā repetens apud Longamuillā dysenteria morbo decessit, Ladislao filio superstite.

CONSTANTINVS MANVELIS FILIVS.

COnstantinus Manuelis minor natu filius, mortuo sine liberis fratre Ioanne, imperio donatus est. qui immanissimis ac nefariis Turcis Constantinopolim captam & expugnatam vrbem diripientibus, ipse ad portam ciuitatis trepidus se recipiens fugientium trepidatione oppressus, cum tota gente, ac ciuitate sublatus est. Incidit hæc clades in annum salutis M.CCCC. LIII. IIII. Cal. Iunias. cùm Nicolaus V. Pontifex Romana præesset Ecclesia & Fridericus III. Germaniæ imperaret.

FRIDERICVS III.

FRidericus III. Austriæ Dux pacis ac otij studiosissimus fuit, Austriales seditionē mouentes facilè compescuit. Heleonoram Lusitaniæ regis sororem vxorem duxit. qui cum Italiam trāscendisset, ad Nicolaū V. Pont. profecturus,

illi

illi & vxori corona imperij posita est, anno imperij XII. *Salutis verò* M.CCCCLII. *Mortuus est autem anno imperij* LIIII. *Maximiliano filio Cæsare priùs declarato.*

MAXIMILIANVS.

MAximilianus Romanorũ rex vincēte patre Friderico III. *factus, magnis copiis Burgundiam ingressus, Mariam Caroli Ducis iam defuncti, filiam & hæredem, in matrimonium unà cùm regno accipit: deinde principatum adeptus, extincto sine hærede Matthia rege, Pannoniam, quam suo iure sibi vendicabat, cum exercitu inuadit, ac Albaregali per vim recepta, paulò post inde ab hostibus repulsus sese domum in Germaniam recepit: vbi suos deinde aduersos habuit: Heluetios primùm, cum quibus bella gessit, Postea Rauracos (qui nũc Basilienses sunt) qui imperij iugum omnino excusserunt: quos sequuti populi vicini multũ eidē antiquæ nominis maiestate ademerunt. Diadema de more maiorum non recepit, nec Apostolorum basilicas aut Pontificem salutauit. Philippum Archiducem Austriæ ex Maria vxore suscepit, qui regi regnóq; simul Hispaniæ gener ascitus est. Filiam Margaritam Carolo* VIII. *Francorum regi pactam deinde abdicatam, Philiberto Sabaudiæ Duci in vxorem dedit. Galeatij vicecomitis filiam, extincta priùs coniuge, duxit. Tandem die Ianuarij.* XII. *in Austria ma-*

rore animi decessit, anno Imperij XXXIII. ætatis LIX.

CAROLVS V.

CArolus V. Maximiliani Cæsaris nepos, Philippi Archiducis Austriæ filius, Hispaniæ rex, Princeps Austriæ à principibus electoribus Francfortiæ Imperator declaratur anno M.D.XIX. Posteà Bononiæ à Clemente VIII. Pont. coronatur anno M.D.XXIX. Anno 1535. mense Iunio Africam traijciens, Tunetem (quæ olim Carthago erat) Solimano Turcæ extorquet, Gouletam expugnat, regnúmque Tunicum totum recepit, regémque Alszatenum (qui paulò pòst à filio oculis & regno priuatur) antè pulsum restituit, non paucis Christianis liberatis, Mediomatricum, vrbem inferioris Germaniæ prius ab Henrico II. Gallorũ rege Christianissimo captam & munitam, exercitu in Germania conscripto, infeliciter obsedit. Ex Isabella Portugalęa regis filia quatuor liberos sustulit. Brucellis sepelitur anno M.D.LVIII. mense Decembri.

FERDINANDVS.

FErdinandus succedit fratri Carolo V. anno M.D.LVIII. Factio Grumbachiana incipit. Zigethũ frustrà oppugnatur à Turcis, quorum sequenti anno 3000. cæduntur in Sepusio non procul à Cassouia. Imperator cõuocat principes Imperij Augustæ anno II. imperij IIII. delibe-

deliberat cum Electoribus de successore. feliciter rem gerit contra Turcas & Transyluanos.
A. *Maximilianus* II. (*qui iam coronatus erat in regem Bohemiæ*) *Cæsar eligitur*. XII. *Kalend. Octob. renuntiatur* XII. *die Nouemb.* XXIIII. *coronatur. Idem* VI. *anno paterni imperij in regem Vngariæ coronatur*. VIII. *Septembr. Ferdinandus anno* VII. *imperij, salutis humanæ* M.D.LXIIII. XXV. *Iuly Vienna decedit.*

FINIS.



ELIÆ VINETI SANTONIS CASTIGATIONES IN SEXTI AVRELIJ *Victoris epitomen rerum Romanarum.*



SExti Aurelij Victoris historiam Augustam, aut eius saltem epitomen eodem tempore cum Eutropij breuiario, inter conferendos scriptores varios, diuersáque exemplaria, Burdigalæ emendauimus. Anni sunt iam plus vnde viginti. Eam nunc tandem in lucem emittere visum est, & in eius editione hæc

paucula monere, Exemplaria nostra fuerunt impressa omnia præter vnum membraneum: quod nobis commendauit Iosephus Cassianus, regius consiliarius. Hoc titulum non habuit: sed mihi scripsit vir doctissimus Iacobus Cuiacius, antiquum habere se codicem, sic inscriptũ LIBELLVS DE VITA ET MORIBVS IMPERATORVM, BREVIATVS EX LIBRIS SEXTI AVRELII VICTORIS, A CAESARE AVGVSTO VSQVE AD THEODOSIVM. si quis dubitet de nouorum exemplarium titulo. De auctore autẽ istius breuiarij nihil comperi: neq; satis scio, quis iste Victor, qui Romanam historiam ab Octauiano Augusto ad Theodosium Magnum sit persecutus. Iulius Capitolinus AVRELII VICTORIS, cognomento PRIMI, in Opilio Macrino meminit. Verba denique, inquit, Aurelij Victoris, cui primo cognomen erat, hæc fuerunt: Macrinum, libertinum hominem prostibulũ, &c. sed Victor hic primus, & Iulius Capitolinus Theodosium illum multis sæculis antecesserunt. Alius floruit sub Iuliano Augusto Victor historicus: quem sic celebrat Ammianus Marcellinus libro vicesimo primo: Imperator reuertitur Nessum, copiosum oppidum: quo inde expeditè cuncta disponeret, suis vtilitatibus profutura. Vbi Victorem apud Sirmium visum, scriptorem historicum, exinde venire præceptum, Pannoniæ secundæ consularem præfecit: & honorauit ænea statua, virum sobrietatis gratia multi laudum, multò post Vrbi præfectum. Inter cuius Iuliani principatum, & eiusdem Theodosij mortem, qui anni non sunt anni plures, quàm triginta duo, potest, qui à Iuliano sit ita honoratus. post Theodosium vixisse atque

de

de rebus scripsit Theodosij.

Pag. 356. *Anno Vrbis conditæ septingentesimo vicesimosecundo, ab exactis verò regibus quadringentesimo octogesimóque mos Romæ repetitus vni prorsus parendi pro rege Imperatori, vel sanctiori nomine, Augusto appellato.* Hæc non sunt in Cassiani vet. cod. qui sic incipit; OCTAVIANVS patre Octauio senatore, &c. Quos autem annis regnatum sit initio Romæ, discrepant auctores. Titus Liuius annos putat ducentos & quadraginta quatuor. Quem numerũ si ex septingentis & viginti duobus subducas, reliqui fiet quadringẽti, & septuaginta octo anni ab exactis regibus ad monarchiam Augusti.

per Iuliam. Ita vulgò appellant, sed vetus liber Iuliam, quot syllabis ille cognominatus fertur apud Vergilium, vnde gens hæc appellata.

maioris auunculi. Sic apud Suetonium Tranquillum: sed hoc aliquando puro me didicisse ex Paulo libro trigesimo octauo Digestorum, titulo decimo, & lege decima eius tituli, quod matris meæ frater, meus est AVVNCVLVS: & auunculi mei auunculus, meus est MAGNVS auunculus: & mei magni auunculi auunculus, meus MAIOR auunculus. OCTAVIANVS autem, id est Octauij filius naturalis, in alienam familiam inductus, Augustus cognominatus, matrem habuit naturalem, ATIAM, filiam Iuliæ sororis Caij Iulij Cæsaris à Bruto & Cassio interfecti: quemadmodum docuimus in iis, quæ in Eutropij breuiarium scripsimus. Interfectus ergo ille Cæsar Iulius, Octauiani Augusti fuit non auunculus maior, sed magnus tantum auunculus.

Pag. 358. *ob taciturnitatem Mæcenas.* Neque taciturnus Mæcenas apud Suetonium, neque pa

tiens, modestúsque Agrippa.

legeret, scriberet, declamaret. Eadem, eodem ordine verba apud Suetonium: sed in veteri tamen codice, dictaret, pro declamaret, Qui & nullus non habet.

Pag. 360. *annos quinquaginta & sex.* Sine coniunctione numerum hunc notat verus codex.

annos viginti tres. Ita verus codex. Alij viginti quatuor numerant. Vide Eutropium nostrum de his temporibus, sicubi hærea.

Pag. 361 *incessere exitia.* Vetus codex, incidere exitia.

Marobeduum. Et apud Suetonium & Cornelium Tacitum libro secundo, Maraboduum & Maraboduum imprimunt: quem quatuor tantum syllabis Marabodum vetus liber appellabat. Originis autem non diuersæ, vt suspicor, fuit Merobaudes, nomen eius magistri militum, qui Gratianum Augustum prodidit apud Parisios.

Iouem ob incestum, è choro. Vetus codex, Iouem ob incestum inter matronas, choro autem.

Pag. 362. *Casa Musulianorum.* De huius vocabuli corruptione monuimus in commentario Flori.

Pag. 363. *Posidio Eunucho.* Posidem apud Suetonium appellant.

Pag. 364. *sequentibus Phaone.* Hunc ita declinat Dio. Phaontem typographi apud Suetonium.

Pag. 369. *& Iceli.* pro Cælij, Iceli vetus liber. Ita apud Suetonium & Tacitum hic trisyllabus & tetrasyllabus est.

Pag. 366. *Hic à Vitellio* Vicit Vitellium Otho apud Placentiam: siquid Suetonio credimus. Sed vide & Cornelium Tacitum libro decimooctauo.

Pag. 367. *Licinium Mutianum.* Hunc Licinium,

Lici

Licinum tribus syllabis quædã ex nostris exemplaribus scribunt. Alterum nomen est Μουκιανὸς apud Dionem, id est Mucianus: sicut MVCIVS non per T, sed per C, scribi debet.

Pag. 358. *Syria seu Palæstina, nec non Cilicia Trachea & Commag.* vetus codex, Syria, cui Palæstina nomen est, Ciliciáque ac Thracia & Commogene. Locus etiam apud Eutropium corruptus.

à Metio Pompesiano. Sic scribitur apud Suetonium, in Dionis epitome est Μέττιος πομπουσιανὸν extraordinarius consul fuit.

Pag. 369. *Domicilla.* Domitius Domitianus, Domitilla, quintã literã T, non C, debent habere.

stuprata Berenicis. Berenices legendum puto, sicut apud Suetonium scribitur. Effertur enim Berenicè sicut Penelope, ea est Beronice, o pro e in secunda syllaba apud Dionem: idémque nomen Veronica.

In quibus Cæcinam. Hic est Aulus Cęcinna apud Suetonium. Cæcina autem variè scribitur in nostris exemplaribus, Cæcinna, Cecina, Cecinna.

Pag. 377. *per Norbanum Appium.* Lapium Norbanum scribit vetus codex. Dio Lucium Maximum vocat, qui Lucium Antonium Germaniæ præsidem interfecit, qui bellum ciuile mouerat.

Pag. 373. *parentibus egestosis.* Antiquus liber habet egestuosis, Insolens vtrumque satis.

Iunij Maurici. Trisyllabus hic Mauricus, tetrasyllabus est Mauritius in vetusto codice: sed Mauricum etiam appellãt epistolæ Plinij tribus tantum syllabis. Est autem fortasse Mauricus, vnde isti Mauritij dicti sint, vt imperator Mauricius, qui à suis militib⁹ interfectus traditur ann. Christi sexcentesimo tertio: quare nõ Mauricij per T, vt in vetere lib. cæterum per C Mauricij, dicendi

videantur: quomodo illos Græci per κ Μαυρίκιος scribant: & vetusta marmora ΜΑΥΡΙΚΙΟΣ. De Casperio autem lege Dionem.

mentione Catuli. Geminari debere liquidam in hoc nomine, monuimus in commentario Eutropij Iuuenalis satyra quarta.

Et cum mortifero prudens veiento Catullo.

Nobiscum inquit Mauricus, cenaret. Respondit Mauricus Neruæ. Cenaret hic nobiscum Catullus Messalinus, si nunc viueret. Sic ergo distingue apud Plinium in epistola vicesima secunda libri quarti. quid putas passurum fuisse, si viueret? & Mauricus: Nobiscum cenaret.

Pag. 347. *anno ætatis sexagesimo tertio.* In commentario Eutropij monuimus discrepare auctores de ætate Neruæ.

Pag. 376. *sexaginta superanet pedes.* Notatum numerum hic reperimus, in aliis sexaginta, in membraneo codice quadraginta.

Pag. 380. *Ministris, ministeriis, apud Iulium* Capitolinum.

apud Vendobonam. Antiquus codex B pro V, hic habet. In Pannonia obiuisse mortem anno Christi centesimo & octogesimo secundo, in Eusebij Latinis chronicis legimus.

Pag. 381. *repugnánsque.* Aliam causam nominis tradit Capitolinus.

Pag. 383. *Lateranum Chilonem, Amilinum Bassū.* Hic sic legendum & distingendum censeo, Lateranum, Cilonem, Anulinū, Bassum. Lateranum Cassiodorum consulē facit, Rufino Collega, sub ImperatoreSeptimio Seuero: qui vt suspicor, triū syllabarum est Laternus, apud Dionem. Chilones & Cilones veteres Latini habuerunt, Carisio & Festo auctoribus: sed quem cum spiritu Chilo-

nem

nem hic impressum legimus, & inter consules Cassiodori, & in Commodo Lampridij, & Caracalla Spartiani, vetus liber scribit sine spiritu, & ita habet impressum Censorinus: quomodo & apud Dionem appellatur χίλων Anulini vocabulum variè corruptum reperiri, monuimus in Eutropio commentario. Bassi denique cum Gentiano Consulis quo anno decessit Seuerus Augustus, meminit Cassiodorus; & Bassi præfecti vrbi Spartianus in Seuero.

annos sexagintaquinque. Sic notat vetus codex rectius, quam alij septuaginta; sicut ostendimus in commentario Eutropij.

Pag. 387. *anno vitæ vicesimo.* Vetus codex vndevicesimo: Capitolinus vicesimo & secundo, ex Iunio Cordo.

Caius Iulius Saturninus. Eutropius. Cassiodorus & alij Philippum iuniorem appellant.

Pag. 387. *Valens Licianus.* Quatuor Valentes Imperatores hoc in rerū Romanarum breuiario memorantur. Valens hic Licinianus, qui quum paucis diebus in Illyrico imperasset, occisus fuit Valens, qui sub Galieno in Macedonia imperium inuasit: & inter triginta tyrānos à Trebellio Pollione recensetur. Valens, quem morte multauit Licinius, & Valens frater Valentiniani Augusti, quem Gotthi interfecerunt.

Pag. 388. *Virius Gallus.* Pro Virius habet Valerius antiquus liber. Vibium Pomponius Lætus vocat: Hunc autem Gallum Eutropius, & Orosius Gallum Hostilianum, appellant PERPENNAM verò siue Perpernam, Hostilianum. aliunde non noui.

In Mœsia. Ita diphthongū secundā habuit hoc nomen regionis, in vetusto codice Græci Mysiam

siam appellant, vt alibi ostendimus.

in insula Meninge. Hæc lotophagorum insula, nomen Girbæ adhuc retinuit.

quatuor minus quinquaginta. Liber membraneus. annos III. minus L. hoc est annos tribus minus, quinquaginta.

apud Maguntiacum in Aegypto. Sic vetus codex, Quem locum indocti ad hunc modum corruperant: apud Maguntiam, cùm in Ægypto restituimus & in Eutropij breuiario corruptum nomen.

Pag. 389. *Pipam nomine*. Pipiam habebat vetus codex: eādémq; vocat Piparā Trebellius Pollio.

CLAVDIVS *imperauit annis* II. Pro his II. annis, vetus codex habet annum vnum, mensibus nouem. Quo modo scribitur apud Cassiodorum.

Pag. 391. *septem mensibus* sex tantum Vopiscus,

Pag. 392. *Dalmatis sanguine*. Liber mēbraneus, nomine pro sanguine. Sed alij Maximum vocant patrem probi, Vide Flauium Vopiscum.

Carus Narbona. Potest & Narbone tertia inflectione legi.

Pag. 393. *Carausio in Galliis*. Apud alios rectius est Carausius.

Pag. 394. *Itinere Lauicano*. Quam & per b, viam Labicanam appellatam reperies.

Pag. 395. *Romulianum*. Romulianam, prima declinatione, vetus codex.

Pag. 396 *Daza dictus*. Sic Daza alia ex nostris exemplaribus, alia Dara, alia Daca.

Pag. 396. *publica iumenta*. equos publice cursui deputatos: sicut idem, vt puto, Constantinus loquitur in Titulo de cursu publico: qui est quinquagesimus primus libri duodecimi Codicis Iustiniani & quos appellare dispositos equos videtur Titus Liuius libro tricesimo septimo.

Pag.

Pag.397.*Hiulcā nomine*.Vulcā,vetus exēplar.
post XI,I I I.post X V.scribit vetus codex.

Pag.398.*parietariam*. parietinā,liber Cassiani.

Tracala decem.In aliquibus exemplaribus aspirat mediam syllabā Trachala: sicut apud Festum Trachali.Decem autem anni,& duodecim & decem videntur esse triginta duo anni huius imperij:qui triginta solum supra numerati sunt. Sed hic variant & auctores, & exemplaria,sicut monuimus in commentario Eutropij.

Pag.399.*Annibalianus*.Scribitur & Annibalianus neutra geminata consonante:habétque a pro i alicubi in secunda syllaba nomen hoc.

& Marcellino. Pro tetrasyllabo trisyllabus est Marcellus hic in antiquo libro.

Pag. 401. *annis quatuor*. annos tres, antiquus liber. Scribit in chronicis Hieronymus Gallum fuisse creatum Cæsarem anno Christi trecentesimo quinquagesimo septimo,& interfectum trecentesimo quinquagesimo nono.

rex nobilis Chonodomarius.Nodomarius Cassiani & Gryphi Lugdunensis typographi exemplaria. BADOMARIVS verò,Baldomarus est in membraneo codice, quatuor tantùm syllabis, sed I inter a & d interiecta. Eundem Amianus Marcellinus libro 14. & 26. & alibi pentasyllabum facit:sed Vadomarium V pro B scribit.

Pag. 402. *Per Amanitas*. Antiquus liber. per Adamnatias.

Pag.405.*apud Bergentionem*. Bergitionē habēt alia exemplaria:vt & Ammianus libro tricesimo Hieronymus & Orosius Brigitionem appellant.

Pag 406.*apud Argentarium*.Argentariā prima declinatione legimus in antiquo libro, & apud Paulum monachum, & Ammianum Marcelli-

num libro tricesimo primo.

Pag. 407. *Qui vixit annos triginta esse.* annos viginti nouem, liber calamo scriptus. Sed hi numeri sunt vtrique falsi. si sua tempora satis nouerüt Hieronymus, & Prosper: qui Gratianum esse natum anno Christi tricetesimo sexagesimo tertio, & occisum anno Christi trecentesimo octogesimo septimo, scripserunt. Sic enim non plus viginti quatuor annos vixerit Gratianus.

annis viginti septem. Scribendum decem pro viginti, quomodo habet Cassiani nostri codex. Vide Prosperi, & Orosij, & Cassiodori rationes.

De hoc etiam. Ammianus Marcellinus libro vicesimo nono.

Pag. 408. *quantum scripta veterum, & picturæ docent.* Quæ picta, & quæ scripta extabant ab veteribus de Traiano, & non de Theodosio. scripta namque antiquorum hominum, & picturas, non adduceret de Theodosio: qui Theodosium coæuus vidisset. eiusq; mores perspexisset. Nisi fortè hæc postrema de Theodosio (quæ iisdem verbis in eo leguntur, quod Eutropij breuiario subiecit Paulus Diaconus) ad victoris historiam ab iis esse adiecta velis, quibus veterum scripta contaminare nulla fuit religio.

Os absque eo. Paulus Diaconus addit simile. os simile, absque eo, in quibusdam exemplaribus.

Pag. 410. *Expensi à Tyranno.* à tyrannis apud Paulum Diaconum.

ad illecebras. ad illecebram, vetus codex, numero singulari.

Sicque in pace Annum à Christo nato 397. fuisse putat Prosper, at annũ ab vrbe Roma condita 1147. Holoander quo tempore excessit Theodosius Augustus.

FINIS.

INDEX EORVM QVÆ HOC IN LIBRO SCITV DIGNA VIDEBANTVR.

capitur

capitur

Bulgari

Diris

N

Spir

HÆC FERE NOVA SVNT VERBA in Aurelij Victoris Epitome.

QVANQVAM in Monarchis & annorum ratione constituenda vehementer variant autores, tamen vt historiæ series atque ordo facilius à pueris posset percipi, adnotauimus partim ex Eusebio, partim ex Beroso & Metasthene ea tantùm, quæ ad planiorem paulo & explicatiorem Iustini lectionem conducere videbantur.

PRIMA MONARCHIA ASSYRIORUM, in qua reges fuerunt.

Ninus Iouis Beli filius regnauit primus. an 52
Semiramis Nini uxor 2. *annis* 42
Zames Nineas Semiramidis filius 3. ann 38
Arius 4. ann 30
Aralius 5. an 40
Baleus Xerxes 6. an. 30
Armatrites 7. ann. 38
Belochus Baal sacerdos 8. *annis* 35
Baleus 9. ann 52
Altadas 10. an 32
Manitus 11. ann 30
Mancaleus 12. ann 30
Sterus, seu Pherus 13. *annis* 20
Mamelus 14. an. 30
Sparetus 15. ann 40
Astadates 16. an. 40
Amynthas 17. an. 45
Belocus 18. ann. 25.
Bellopares 19. ann. 36
Lamprides 20. ann 32
Sosares 21. ann. 20
Lampares 22. an. 30
Panyas 25. ann. 45
Sosarmus 24. ann. 19
Mitreus 25. ann. 27
Tautanes 26. ann 32
Tauteus 27. ann. 40
Tineus 28. ann 30
Dercelus 29. ann. 40
Eupalus 30. ann. 38
Laosthenes 31. ann. 45
Piritiades 32. ann. 30
Ophrateus 33. ann. 20
Ophratanes 34. ann. 50
Ocrasapes 31. ann. 42
Sardanapalus 36. & *postremus* ann. 20

Durauit hoc Assyriorum imperium annis
M. C C. XXXIX.

SECVN-

SECVNDÆ MONARCHIÆ
Medorum reges.

Arbaces 1. *annis* 28
Mandanes 2. *annis* 50
Sosarmon 3. *annis* 30
Articarmines 4. *annis* 50
Arbianes 5. *annis* 22
Arceus 6. *annis* 40
Artines 7. *annis* 22
Astibares 8. *annis* 20
Astiages 9. *annis* 30

Stetit Medorum regnum annis CCC. *minus* VIII.

TERTIA MONARCHIA PERSArum, habuit reges XIIII.

Cyrus primus imperauit annis 30
Cambyses 2. *annis* 7. *mensibus* 5
Patizites, & Smerdis fratres Magi, 1. *mensib.* 7
Darius 4. *annis* 36
Xerxes 5. *annis* 20
Artabanus præfectus, Xerxis occisor, 6. *mens.* 7
Artaxerxes Longimanus 7. *annis* 40
Xerxes 8. *mensibus* 2
Sogdianus 9. *mensibus* 8
Darius nothus 10. *ann.* 19.
Artaxerxes Mnemon 11. *annis* 40
Artaxerxes Ochus 12. *annis* 26
Arses 13. *annis* 4
Darius Arsami filius quẽ Iustinus Codomanum dicit appellatum, annis sex imperat.

Durauit Persarum imperium annis CCXXX. *& mensibus* V.

QVARTA MONARCHIA ALExandri, seu Macedonum.

Est autem rerum summa potitus Alexander annis XII. *Post quem inter principes regna sunt diuisa.*

MACEDONVM.

Aridæus *annis* 7.
Cassander *annis* 18
Antipater & Alexander annis 4

Demetrius annis 6
Pyrrhus mensib. 6
Lysimachus an. 5
Ptolemaus κέραυνος *anno* 1
Meleagrus mensibus 2
Antipater anno 1
Sosthenes ann. 2
Antigonus Gonatas 35
Demetrius ann 10
Antigonus ann. 15
Philippus ann. 42
Perseus ultimus Macedonum rex annis 10

Summa annorum Macedonici regni CLIIII. *anni, menses* VII.

ASIÆ.

Antigonus ann. 18
Demetrius πολιορκήτης *annis* 17

SYRIÆ.

Seleucus Nicanor ann. 32

SYRIÆ ET ASIÆ.

Antiochus Soter ann. 43
Antiochus Theos ann. 15
Seleucus Gallinicus 20
Seleucus Ceraunus an. 3
Antiochus magnus 36
Seleucus Philopater 12
Antiochus Epiphanes 11
Antiochus Eupator 2
Demetrius Soter ann. 12
Alexander an. 10
Demetrius ann. 3
Antiochus Sedetes an. 9
Demetrius iterum an. 4
Antiochus Gryphus 12
Antiochus Cyrocenus 18
Philippus ann. 2

Durauit Syria regnum annis CCLXXXIX.

ÆGYPTI.

Ptolemaus Lagi filius 40
Ptolemaus Philadelphus annis 38
Ptolemaus Euergetes 26
Ptolemaus Philopater 17
Ptolemaus Epiphanes annis 24
Ptolemaus Euergetes 20
Ptolemaus Phiscum, *siue Soter* annis 17
Ptolemaus Alexander 10
Ptolemaus Lathinus 8
Ptolemaus Dionysius 30
Cleopatra ann. 12

Stetit Ægypti regnum post Alexandrum annis CCLXXXVIII.

ALEXANDRI MONARCHIA durauit annos CCC.

CATALOGVS CÆSARVM VSQVE AD Maximilianum huius nominis secundum.

*

Con

CONSTANTINOPOLITANI Imperatores.

IMPERATORES AB ITALIS ELECTI.

GERMANI CÆSARES.

FINIS.

